regem vel principem aliquẽ malum aliquod machinatur ¶ Nota ꝙ inficioꝛ aris p̓me ꝯiugationis deponẽtale .i. negare. vñ Huguitio Inficioꝛ aris ꝓprie eſt nõ fateri factũ qḋ verum eſt. ſʒ ꝯtra veritatẽ vti mendacio. vel ꝓprie inficiari ẜm eum eſt rem debitã denegare. cũ a creditoꝛe depoſcitur. ⁊ etiã eſt ꝯtẽdere vel denegare ¶ Nota ꝙ dr̓ in textu (nunq̇d optare ſalutẽ ſenatui nephas vocabo) duplex eſt ſalus .ſ. ſpũalis q̄ eſt aĩe et tp̄alis q̄ eſt corpis Salutẽ ſpũalem tenemur oĩb⁹ velle. etiã malis rõne caritatis. ꝑ quã etiã mali diligẽdi ſunt. licet nõ in eo ꝙ mali. Salutẽ vero tp̄alem tenemur velle oĩb⁹ bonis. ⁊ p̄cipue amicis. amicoꝝ vero peccantiũ tenemur ſalutẽ velle q̄ꝺiu ſanabiles ſunt vt recupent ꝟtutẽ amiſſam. Sed ſi ꝓpter magnitudinẽ malicie ſint inſanabiles diſſoluit̃ amicicia. nec eſt optanda ſalus eoꝝ. ⁊ qꝛ malicia ſenatus rhomanoꝝ erat ſanabilis. q̇a forte ſenatus ꝯpulſus metu regis fuit ꝯſentire in damnationẽ Boetij. iō optare ſibi ſalutẽ non erat nephas. licet Boetio turbato hoc videretur

¶ Nota ꝙ veritas nõ eſt occultãda ẜm Socratẽ. nam qui tacet veritatẽ alijs neſcientib⁹ mentitur. ⁊ q̇ mendacib⁹ ꝯſentit ſil̓r facit ¶ Nota ꝙ mendaciũ non eſt ꝯcedendũ. qꝛ ẜm Areſto. in ethicis Mendaciũ ꝑ ſe prauũ eſt ⁊ fugiendũ Et p̓mo elenchoꝝ dr̓. Duo ſunt opa ſapiẽtis. nil mentiri de his de quib⁹ nouit. ⁊ mentientẽ poſſe manifeſtare

¶ Nam de cõpoſitis falſo litteris quibus libertatẽ arguoꝛ ſperaſſe rhomanã quid attinet dicere. Quarum fraus aperta patuiſſet: ſi nobis ipſoꝝ cõfeſſione delatoꝝ (qḋ in omnib⁹ negocijs maximas vires habet) vti licuiſſet. Nam q̃ ſperari reliq̃ libertas pt. atq; vtinã poſſet vlla Reſpõdiſſẽ canij verbo. qui cũ a Gaio ceſare germanici filio conſcius contra ſe facte ꝯiurationis fuiſſe diceretur. Si ego inquit ſciſſem. tu neſciſſes

¶ Hic boetius excuſat ſe de ſcđo crimine ſibi impoſito Imponebat̃ eñ ſibi. ꝙ ſcripſiſſet lr̃as ad imꝑatorẽ ꝯſtantinopolitanũ ꝓ liberatõe rhomanoꝝ de manu regis Theoderici. vñ dicit in lr̃a Nam de litteris falſo ꝯpoſitis. qꝛ falſe hoc mihi imponit̃. quib⁹ lr̃is arguoꝛ ſperaſſe rhomanam libertatẽ. quid attinet dicere. cuʒ nõ detur mihi locus defenſionis Quaꝝ litteraꝝ fraus .i. fraudulẽtia fuiſſet apta .i. manifeſta ſi nobis licuiſſet vti ꝯfeſſione .i. alloquutõe ipſoꝝ delatoꝝ .i. accuſatoꝝ. qḋ ſcʒ vti examinatione accuſatoꝝ maximas vires habet in omnib⁹ negocijs .i. cauſis iudiciarijs. nam que reliqua libertas ſperari poteſt ipſis rhomanis. q̄ſi di. nulla. Tantũ eñ Theodericus rex gothoꝝ inualuerat. ꝙ nullus poterat vel audebat contra ip̄m Vtinã poſſet vlla libertas ſperari. vtiq; ita prudẽter egiſſem de negocio ꝙ regi nõ innotuiſſet. ⁊ rñdiſſem ꝟbo Canij

qui cum accuſaretur a Gaio ceſare filio germanici. ꝙ eſſet reus cōiurationis facte ꝯtra ſe reſpōdit Canius. Si ego ſciſſem tu neſciſſes. q̄ſi di. Si eſſem reus ita prudēter celaſſem negociū ꝙ ad tuā noticiā nunꝗ̄ ꝑueniſſet ¶ Nota ꝙ in cauſis iudiciarijs teſtium ſiue accuſatoꝝ examinatio maximas hꝫ vires. q꜡ ꝑ eam deuenit̃ ad rei veritatē. ſicut pꝫ de Daniele. q̄ examinā do duos preſbiteros falſe accuſantes Suſannā ipſos de falſitate accuſatiōis corā omni pp̄lo ꝯuicit. Sil'r boetius ſi datus fuiſſet ſibi locus examinādi ſuos accuſatores. vtiqꝫ ipſos mendaces reddidiſſet.

¶ Nota ꝙ Canius fuit q̄dam rhomanus prudēs ⁊ ſapiens. ⁊ accidit vt q̄dam ex rhomanis ꝯſpirarēt ⁊ facerēt ꝯiurationē ꝯtra Gaium ceſarē et cum ceſar ꝓponeret Canio ꝙ eſſet reus ꝯiurationis facte. rn̄dit Canius ſi ego ſciſſem tu neſciſſes Sic boetius rn̄ diſſet regi Theoderico. ſi ſibi impropaſſet de lr̄is ꝯpoſitis ſuꝑ reſtituēda libertate ipſis rhomanis ipſe nō ſciuiſſet hoc.

¶ Qua in re non ita ſenſus nr̄os meroꝛ hebetauit. vt impios ſcelerata contra virtutem querar molitos: ſꝫ ea que ſperauerint effeciſſe vehementer admiroꝛ. Nam deterioꝛa velle noſtri fuit foꝛtaſſe defectus Poſſe autē contra innocentiā que ſceleratus quiſqꝫ cōceperit. inſpectante deo monſtro ſimile eſt Unde haud iniuria tuoꝝ quidam familiarum queſiuit. Siq̄dem deus inquit eſt. vnde mala Bona vero vnde. ſi non eſt

¶ Hic boetius ex dictis infert quandā admirationē. ſecūdo inuehit ꝯtra ſenatores. q̄ cōſenſerunt in ſuam dānationē. ibi Sed ſi fas fuerit. Dicit ꝑmo Ex quo a malis iniuſte accuſatꝰ ſum. qua in re. i. propter quid nō ita. i. nō intantū meroꝛ. i. triſticia hebetauit. i. oppreſſit ſenſus noſtros vt ego querar. i. ꝯquerar impios. i. malos molitos. i. machinātes ſcelerata. i. neq̄ciosa cōtra virtutē. i. ꝟtuoſos hoīes. ſꝫ ego admiroꝛ vehemēter. i. foꝛtiter effeciſſe. i. ad effcm̄ ꝑduxiſſe ſuꝑple illa que mali ſperauerint. i. cōceperint. nam velle deterioꝛa. i. mala foꝛſitan fuerit noſtri defectus. i. ex noſtro defectu. ſed poſſe ſupple ꝑficere malum contra innocentiā. i. ꝯtra homines innocētes. que quiſqꝫ ſceleratus cōceperit. i. cogitauerit. deo hoc inſpectāte. ſupple hoc eſt ſil'e monſtro. i. admirabile Unde. i. ꝓ tanto quidā tuoꝝ familiarium. i. ꝑ hoꝝ queſiuit haud iniuria. i non iniuſte. Siq̄dem ꝓ certo deus eſt. vnde mala ſupple ꝓueniunt. vero ꝑſꝫ vnde. i. a quo bona ꝓueniunt ſi deus nō eſt. Quaſi diceret. ex quo iniuſte a malis accuſatus ſum. propter hoc non intantū oppreſſus ſum doloꝛe. ꝙ cōquerar malos machinari mala bonis. ſꝫ amiroꝛ ꝙ illi qui mala ꝯcipiunt ꝯtra bonos poſſint ꝑducere ea ad effectū. Nam velle malum eſt foꝛte ex noſtro defectu. ſed ꝙ malus poſſit ꝑficere malum ꝯtra bonos. deo hoc inſpiciēte. eſt ſimile monſtro. Unde q̄dam

# Proſa quarta

ꝑhs nō iniuſte queſiuit. Si deus eſt vñ ꝓueniūt mala. ⁊ ſi deus nō eſt vñ ꝓueniūt bona ¶ Nota ex quarto huius duo requirūtur ad aliquē effectū producendū. ſ. volūtas ⁊ ptās. Requirit volūtas. q: nullus aggredit quod nō vult. Requirit etiā ptās. q: ſine ptāte volūtas fruſtrat. ꝙ āt mali habent volūtatem offendēdi bonos nō eſt mirādum. ſed ꝙ hñt poteſtatem ꝓducendi ad effectū ſuā volūtatem deo reſpiciēte eſt ſilē mōſtro ¶ Nota ſimile monſtro eſt quod cōtingit preter intentiōem nature. ſicut ergo monſtra fiūt preter intentōnem nature. ſic videbatur Boetio ꝙ mala preter ordinem diuine ꝓuidētie ꝯtingerēt. Nō videret rationabile. cū deus ſit ſummū bonuz ꝙ aliquo mō ſit cauſa male fieri. ꝗ male fieri in mūdo deo inſpiciente videtur ſilē monſtro ¶ Nota ꝙ deus nō eſt cā effectiua mali cū ſit ſumme bonus. licz ſit cauſa mali ꝑmiſſiua. q: ꝑmittit fieri malū: ⁊ ſic exponit autoritas prophetie dicētis. Ergo dñs faciēs omnia hec faciēs bonū ⁊ creans malū ſupple ꝑmiſſiue. Aliter dr. duplex eſt malū. ſcz malum pene ⁊ malum culpe. deus eſt cauſa mali pene quod punit. ſed nō eſt cauſa mali culpe. q: hic eſt q̇ pctm̄ nō fecit.

¶ Sed fas fuerit nefarios hoīes qui bonoꝝ oīm totiuſqꝫ ſenatꝰ ſanguinez petunt. nos etiā quos ꝓpugnare bonis ſenatuſqꝫ viderant perdituz ire voluiſſe. Sed num idem de patribus q̄ qꝫ merebamur. Meminiſti vt opinor quoniam me dicturum quid facturū ve. pñs ſemꝑ ipſa dirigebas. Meminiſti inq̄m verone cū rex auidus exitij communis maieſtatis crimē in Albinū delatum ad cunctū ſenatus ordinem tranſferre moliret. vniuerſi innocentiam ſenatus quanta mei periculi ſecuritate defenderim. Scis me hec et vera ꝓferre. ⁊ in nulla vnq̄ꝫ mei laude iactaſſe. Minuit em̄ quodammō ſeſe probantis ꝯſcientie ſecretū. quotiens oſtentando q̇s factū recipit fa-

¶ Hic Boetius inuehit contra ſenatū q̇ conſentit in ſuā condemnatiōnē tangendo ſuā beniuolentiaz quam habuit ad eos. ⁊ dicit. Si fas fuerit. id eſt ponamus fas eſſe nefarios hoīes. i. malos homīes q̇ omnīū bonorū ⁊ totius ſenatus. i. ꝯſulatus rhomane ciuitatis. petūt. i. deſiderant ſanguinē. i. mortem. nos etiam voluiſſe ire perditū. id eſt ad perdenduz. quos viderant ꝓpugnare bonis hominibus. qꝫ pro et ſenatus Sz num id eſt nūquid nos idem ſcilz ꝑdere merebamur de patribꝰ. i. de ſenatoribꝰ. qſi diceret nō. Sed o ꝑhia meminiſti vt opinor qm̄ me dicturū. i. volentē dicere. quid. i. aliq̇d vel facturū. ipſa ſemꝑ pñs ſupple exiſtens dirigebas. i. regebas. Ergo nec verbis nec factis

me p̄ciū. Sꝫ innocētiam nrām q̄s excepit euentus: vides Pro vere virtutꝭ p̄mijs. falſi ſceleris penas ſubimus

offendi ſenatuꝫ. Demiſiſti inq̄ꝫ phia Verone id eſt apud veronam ciuitatem. cum rex Theodericus auidus exiſtēs cōis exitij. i. tormenti ſenatorꝫ. cum ipſe crimen leſe maieſtatis delatū in Albū ipſe rex moliretur. i. laboraret transferre illud crimē ad totū ſenatuꝫ. quāta ſecuritate. i. tutela mei periculi. defenderim. i. liberauerim innocentiā vniuerſi ſenatus. i. totius ꝯſulatus. O phia tu ſcis me ꝓferre. i. loqui vera ꝛ nūq̄ꝫ me iactaſſe in vlla mei laude. eīn pro quia. minuit quodāmodo ſecretū ꝯſcie probantis. i. laudantis ſe quotiēs q̄s oſtentādo. i. manifeſtādo factū. recipit p̄cium fame. i. mercedē laudis ab hoibus. Sed tu phia vides q̄s euentus exceperit. i. liberauerit noſtrā innocētiā. nos ſubimus. i. ſuſtinemus penas falſi ſceleris. i. falſe nobis impoſiti ꝑ premijs vere ꝟtutis. ¶ Nota ſ̄m Senecā. dolor duplicaꝛ cū ab eo a quo bonū merueras malū venit. Cū igiꝛ Boetius oēm beniuolētiā exhibuerit ſenatoribus grauius doluit de ſua offenſiōe ¶ Nota in ciuitate Verona cū Albinus eſſet accuſatus de graui crimine. ita vt diceretur reus leſe maieſtatis. illud crimē rex Theodericus voluit transferre ad totū ſenatū ꝛ ip̄m damnare. ſed Boetius exponēs ſe periculis ſenatum liberauit. ¶ Itē nota ꝙ ſecretū ꝯſcie eſt ꝟtus que minuiꝛ cum aliq̄s virtuoſe operatur iactando ſe vt ꝯſequatur famā ꝛ laudē ꝓpli. vn̄ Seneca. ꝯſcientiam potius q̄ꝫ famā attende. Et dicit Macrobius. Sapiens gloriā ſuam in ꝯſcia ponit. ſtultus autem in laude humana. vn̄ dr̄ Iſidorus. q̇ aliquod donum a deo largitum in laudē ſuaꝫ ꝯuertit. proculdubio virtutem in viciū tranſire facit

¶ Et cuius vnq̄ꝫ facinoris manifeſta cōfeſſio. ita iudices habuit in ſeueritate cōcordes vt nō aliq̄s vel ipſe humani error ingenij. vl' fortune cōditio cūctis mortalib⁹ incerta ſūmittere. Si inflāmare ſacras edes voluiſſe. Si ſacerdotes impio iugulare gladio. Si bonis omnibus necē ſtruxiſſe diceremur. p̄ntem tn̄ ſentētia cōfeſſuꝫ cōuictū ve puniſſꝫ. Nūc q̄ngētis fere paſſuum milib⁹ ꝓcul moti atqꝫ īdefenſi ob

¶ Hic Boetius oñdit ſe ꝑturbatū ex iudicū ſeueritate ꝛ inflexibilitate dicēs. Cuius vnq̄ꝫ facinoris. i. peccati maifeſta cōfeſſio. i. cui⁹ vnq̄ꝫ hois pctm̄ manifeſtū habuit iudices ita ꝯcordes in ſeueritate vt non aliquos eorꝫ vel ipſe error humani ingenij ſummitteret. id eſt flecteret ad miſericordiā vel ꝯditio fortune. i. euētus fortunatus. exn̄s incerta cūctis mortalib⁹ ſupple hoib⁹ ſummitteret aliq̄s eorū. Si diceremur voluiſſe inflā

# Proſa quarta

ſtudiũ ꝑpenſius in ſenatum .morti ꝑ ſcriptioniq; damnamur. O meritos de ſimili crimine neminẽ poſſe cõuinci. cuius dignitatem reatus ipſi etiaʒ qui detulere viderunt.

mare.i.incendere ſacras edes.i.eccľias.⁊ ſi nos diceremur ſtruxiſſe.i.ꝑcuraſſe necẽ.i.mortem bonis oib9. ⁊ ſi diceremur iugulare.i.punire ſacerdotes impio gladio. tamẽ ꝑ ſed ſentẽtia.i. iudiciũ damnaſſet me pñtez

ↄuictum ⁊ ↄfeſſum crimẽ.ſed nos procul moti.i.abſentes qngẽtis milib9 paſſuũ ⁊ indefenſi ob ꝓpenſius ſtudiũ.i.ꝓpter ſtudiũ nos damnamur .id eſt adiudicamur in ſenatũ morti.q; ꝑ et ꝓſcriptioni. Et tũc exclamat dicens. O meritos.i.dignos vel beatos iudicio neminẽ poſſe ↄuinci de ſili crimine.ſicut nec ego iuſte ↄuictus ſuʒ.cuius reatus.i.criminis dignitatẽ id eſt innocentiã ipſi etiã viderũt.i.cognouerũt q̇ detulere.i.accuſauerunt me ¶ Nota ꝙ iudices qñʒ mouenť ad miſcďiam duplici de cã. ꝓmo ꝓpter errorẽ humani ingenij.q2 hũanũ ingeniũ ſepe fallit in iudicio.q2 ignorat vtrũ aliquãdo iuſte de re ſentiat vel nõ .⁊ timẽs deũ ne iniuſte iudicet mouet ad miſcďiam ꝑcendo reo. Scďo iudices mouenť ad miſcďiaʒ ꝓpter euentũ fortune q̇ incertus eſt hoïbus .qď em̃ iudex in alio damnat ſibi facile ꝑ fortunã euenit.⁊ illud debet recordari. ſed nulla illarũ cauſaꝝ mouit iudices ad miſerandũ boetio.ſʒ ↄcorditer ipm damnabãt. ¶ Nota ꝙ nullus debet damnari etiã ꝓ crimine quãtũcũq; enormi niſi ſit pſens ↄuictus vel crimẽ in iudicio ↄfeſſus. Boetius aũt cũ damnareť nõ erat ↄuictus nec crimen ↄfeſſus.⁊ erat abſens q2 in ſtudio athenieñ.ergo iniuſte erat damnatus. ¶ Nota ꝙ boetius cũ damnareť diſtabat a loco iudicij qngentis milibus paſſuum.⁊ cũ mille paſſus faciunt vnũ miliare ideo bene diſtabat ad qngenta miliaria ¶ Nota boetius dãnatus fuit ꝓſcriptioni. Huguitio dt Proſcriptio eſt iudicialis ſentẽtia lata ↄtra aliquẽ cuius nomẽ pro ſcelere de ſcriptura tabule enee delebať. Cõſuetudo em̃ rhomana fuit ꝙ noïa ſenatorũ quoꝝ ↄſilio vrbs rhomana regebatur. aureis litteris in tabula enea ſcriberenť.vñ ⁊ patres ↄſcripti dicebãť. Et dr ꝓſcriptus qſi ꝓcul a ſcriptura poſit9.⁊ ſic boetius erat ꝓſcriptus q2 nomẽ ſuum deletum fuit de tabula enea

¶ Quã vti alicui9 ſceleris admixtiõe fuſcarẽt ob ambitũ dignitatis ſacrilegio me ↄſciam polluiſſe mẽtiti ſt; Atq̇ ⁊ tu īſita nob oẽʒ reꝝ mortaliũ cupidinẽ de nři aī ſede pellebas.ſb tuis oculis ſacrilegio locũ eſſe fas non erat

¶ Hic boetius expurgat ſe de qbuſdam obiectis.ſcďo oñdit vñ ſumpta fuit rõ obiectõis.ſecũda ibi. Sed o nefas.
¶ Nota boetio obijciebatur ꝙ ipſe vſus arte nigromantica ſacrificaret demonibus pro dignitatibus acquirẽdis. De hoc ipſe Boetius excuſat ſe dicens. Quaʒ

Inſtillabas cū aurib⁹ cogitationib⁹ ꝗ quotidie meis pythagoricum illud Enyoy benō.i.deo nō dijs ſeruiēdū. Nec ꝯueniebat viliſſimoꝝ me ſpirituū ꝑſidia captare. quē tu in hanc excellentiā cōponebas vt cōſimilez deo faceres. Preterea Penetral innocēs domus. honeſtiſſimoꝝ cetus amicorū. Socer etiā ſcūs. ⁊ eque actus ipo reuerendus ab oīni nos huius criminis ſuſpitione defendunt

ſuppleme mēā dignitatem vti pro vt offuſcarent.id ēſt denigrarent admixtione alicuius ſceleris· mētiti ſunt meam polluiſſe conſcientiā ſacrilegio.id ēſt demonuʒ obſeqo ob ambitū.i.ꝓpter cupiditatem dignitatis acquirēde. atqui pro certe.tu inſita.i.inſerta nobis pellebas deſede.id eſt de loco cupiditatē omniū rerum mortaliuʒ.⁊ ſub tuis oculis nō erat fas eſſe locum ſacrilegio.id ē cultui demonum.ꝗ pro et. tu inſtillabas auribus ⁊ cogitationibus meis illud pythagoricū. Deo non dijs ſeruiendū.nec ꝯueniebat me captare.i.optare ꝑſidia.i.auxilia viliſſimoꝝ ſpirituū.i.demonū quem tu componebas.i.locabas in hanc excellentiam.vt ſimilem deo faceres. Preterea innocens Penetral.i.vxor domus mee.cetus.i.multitudo honeſtiſſimorū amicoꝝ. Et ſocer Symachus ſanctus ⁊ eque reuerendus ipſo actu defendūt me ab oīni ſuſpitiōe huius criminis ¶ Nota ꝙ conſuetudo inuidorum eſt cū nō poſſunt alicui ſuam probitatem auferre.nituntur ipſam ſaltem aliquo vicio denigrare.⁊ ſic fama Boetij denigrata fuit in vicio ſacrilegij. ¶ Nota ꝙ ſacrilegiū eſt ſacre rei furtū.⁊ ponitur ſacrileg⁹ pro homine ſcelerato. Etiam ſacrilegium eſt cultura demonum ſiue ydolorum. Inde ſacrilegus.id eſt ydolatra.⁊ ſic capitur in propoſito ¶ Nota ꝙ ambitus media ꝓducta eſt cupiditas honoris. Sed ambitus media correpta eſt circuitus Et ꝑmo modo accipit̄ hic ¶ Nota ꝙ phia repellit omnē cupiditatez honoꝝ exterioꝝ.quod ſcribitur in primo libro de plantis.ꝙ phia tria inducit.ſ.mentis illuſtratōem.felicitatis appetitum.⁊ mollis affluentie cōtemptū ¶ Nota phia facit hoīem ſimilem deo.nō ſimilitudine oīmoda.ſed ꝑticipatiua.ita ꝙ hō participat aliq̄d conditōis diuine.ſ. intelligentie. Vñ Seneca. Hoc mihi phia promittit.ꝙ me ſimilē deo reddit Et alibi dicit. Vir ſpeculatiuus eſt quaſi deus in humano corꝑe hoſpitatus. ¶ Nota ſacrilegiū non hʒ locū ſub oculis phie.q2 phia per ſe oīa agenda ⁊ facienda ordinatiſſime diſponit.⁊ nō permittit hoiem ad vana declinare. Quia dicit Tullius in libro de finibus bonoꝝ ⁊ maloꝝ Phia a ſuperſtitione liberat metu mortis non conturbat. Et eſt ſupſticio vana religio.ſcʒ ydolorū cultura ¶ Nota penetral eſt ſecreta camera vel locus ſecretus interior in domo vel in templo.vbi reponūtur clinodia vel aliqua talia. Et ponitur hic pro vxore Boetij per metaphoram.

# Proſa quarta

ponendo ptinens p ptento.qꝛ ipſa pſueuit morari in penetrali ¶ Nota ꝙ Symachus fuit quidã nobilis rhomanus ⁊ ſocer boetij.cuius filiã boetius in vxorẽ duxerat noĩe Elphia.q̃ ſymachus nõ fuit tm̃ ſanctus interius in affectu.ſ ʒ etiã reuerẽdus fuit in exteriori actu.ſicut dt Boetius

¶ Sed o nefas.illi vero de te tanti criminis fidem capiunt.atqꝫ hoc ipſo videbimur affines fuiſſe maleficio ꝙ tuis imbuti diſciplinis.tuis inſtituti moribus ſumus. Ita non eſt ſatis.nil mihi tuam profuiſſe reuerentiam.niſi vltro tu mea potius offenſione lacereris

¶ Hic boetius oſtendit vñ fuerit rõ ſumpta obiecti criminis.qꝛ ex ipſa phĩa cui deditus erat Unde exclamãdo dicit O nefas ipſi mali capiunt fidem tãti criminis de te o phĩa.⁊ ꝓpter hoc videbimur fuiſſe affines maleficio ſacrilegij.quia nos ſumus imbuti.i.inſtructi tuis diſciplinis.i.doctrinis.⁊ ſumus inſtituti.i.iformati tuis moribus.ita nõ eſt ſatis tuam reuerentiã nihil mihi pfuiſſe niſi vltro.i.ſponte tu potius lacereris ab illis mea offenſione. Hoc dicit boetius p tanto qꝛ iniuriati ſunt ſibi ꝓpter phĩam.ideo magis iniuriati ſunt philoſophie ꝙ ſibi. ¶ Nota ꝙ Boetius vacabat ſtudio.fugiebat conſortia ſtultoꝝ.⁊ querebat ſecreta loca ꝓpter ſtudium.ideo putabãt ipm loqui cum demonibꝫ ⁊ eis ſacrificare ¶ Item quia Boetius fere omnia q̃ volebat facere ſua ſapientia faciebat.ideo putabãt eum demonẽ habere familiarem ſibi obſequentẽ.ſicut Apuleius opinatus eſt de Socrate ꝙ haberet deum familiarẽ.de quo fecit librum quẽ intitulauit de deo ſocratis

¶ At uero hic etiam noſtris malis cumulus accedit:ꝙ exiſtimatio plurimoꝝ non reꝝ merita.ſed fortune ſpectat euentũ.eaqꝫ tm̃ iudicat eſſe prouiſa que felicitas pmendauerit Quo fit vt exiſtimatio bona prima omniũ deſerat infelices. Qui nũc populi rumores.q̃ʒ diſſone multipliceſqꝫ ſententie.piget reminiſci. Hoc tm̃ dixerim vltimã eſſe aduerſe fortune ſarcinam

¶ Hic boetius oſtẽdit ſe eſſe pturbatum ex fame ſue leſione dicẽs Hic cumulus.i.augmẽtatio accedit noſtris malis ꝙ exiſtimatio.i.iudicium plurimoꝝ.i.vulgarium non ſpectat.i.nõ reſpicit merita reꝝ ſicut hõ meretur.ſed exſpectat euẽtum fortune.id eſt iudicat hominẽ ſm ꝙ fortuna ſe hʒ circa ipſum.⁊ ea tm̃ iudicat vulgus eſſe puiſa a deo.que cõmendauerit felicitas.i.pſpe

ꝙ dum miſeris aliquod crimen affigitur. que perferunt meruiſſe creduntur. Et ego quidem bonis omnibus pulſus. dignitatibꝫ exutus. exiſtimatione fedatus. ob beneficium ſupplicium tuli.

ra fortuna. quo fit .i. ex q̄ ſeq̄tur vt exiſtimatio bona deſerat. Vn̄ me piget .i. tedet reminiſci q̄ nūc ſint rumores ppl'i. ⁊ q̄ꝫ multiplices. q̄ꝫ ꝑ ⁊ diſſone id ē diſcordātes ſentētie ſint de me. Nam q̄dam dicunt me reum eſſe. q̄dā nō. hoc em̄ dixerim .i. volui dixiſſe vltimā eſſe ſarcinam .i. grauiſſimū pondus aduerſe fortune. ꝙ dum aliquod crimen affigitur .i. imponitur miſeris .i. infelicibꝫ. ipſi creduntur meruiſſe ſupple illa que ipſi miſeri ꝑferunt .i. patiunt'. ⁊ ego bonis omnibꝫ pulſus qꝛ in exilium relegatus. ⁊ exutus dignitatibꝫ quia monatione ꝓſcriptus. ⁊ fedatus .i. maculatus exiſtimatione. ego qui ꝑus ꝟtute honeſtus reputabar nunc ſcelere deformis reputor. ⁊ tuli .i. recepi ſuppliciū .i. penam ob beneficium .i. propter beneficiū ¶ Nota ꝙ vulgares nō iudicant ſc̄m merita rerꝫ vtrum hō mereatur aliquid vel non. ſꝫ iudicāt ſc̄m euentū fortune. vnde hominē bene fortunatū iudicant felicem, male aūt fortunatū iudicant miſerum. ſed hoc iudicium falſum eſt Vn̄ dicit Seneca .xlv. ep'la Non felicem hunc eſtimes quē vulgus appellat felicem. ad quē pecunia ꝯfluxit. ſed illum cui omne bonum in animo eſt erectū ⁊ extenſum. ¶ Item bona eſtimatio deſerit infelices. qꝛ primū malum quod infelices incurrūt eſt ꝙ vulgus male de ipſis opinatur. credit em̄ vulgus ea q̄ miſeri patiuntur ꝙ ex merito talia patiantur

¶ Videre autem videor nefarias ſceleratorꝫ officinas gaudio leticiaq̄ꝫ fluitantes. perditiſſimū quemq̄ꝫ nouis delationum fraudibus imminētem: iacere bonos noſtri diſcriminis terrore proſtratos. flagicioſum quēq̄ꝫ ad audendum quidem facinus impunitate. ad efficiendū vero premijs incitari. Inſontes autem nonmodo ſecuritate. verum ipſa etiam defenſione priuatos Itaq̄ꝫ libet exclamare

¶ Hic boetius oſtēdit ſe eſſe ꝑturbatū ex his que vidit in mundo generalit' .ſ. bonos deprimi ⁊ malos extolli dicēs Ego videor videre .i. ꝯgnoſcere nefarias officinas .i. malas ſocietates ſceleratorꝫ hoīm fluitantes gaudio. q̄ꝫ ꝑ et leticia. ⁊ quēcunq̄ꝫ ꝑditiſſimū .i. peſſimū imminentē .i. inſiſtentē nouis fraudibus delationū .i. accuſationū. et video bonos iacere ꝓſtratos .i. depreſſos terrore noſtri diſcriminis. ⁊ etꝫ video quēq̄ꝫ flagicioſum .i. prauū ho/

minē incitari ad audendū.i. preſumendū facinus .i. peccatū impunitate .i.ſine pena Uero .p ſed incitare p̄mijs ad efficiendū.i. ad ꝑpetrandū facinus.i.peccatū. autē .p ſed vt ego video inſontes.i. innocētes nō modo.i. non tm̄ priuatos ſecuritate. verumetiā defenſiōe. Itaqꝫ .p ergo libet.i.placet mihi exclamare ad deum celi. quare talia ꝑmittat in mundo. vt mali exaltentur ⁊ boni deprimātur ¶ Nota ꝙ boetio qui erat turbate mētis ⁊ in ſtatu miſerie videbatur ꝙ mali in hoc mundo eſſent potētes ⁊ viuerent impuniti. boni autē impotētes ⁊ viuerent irremunerati. ſed ph'ia in quarto huius ipſum cōſolando probat malos ſemꝑ eſſe impotentes. ⁊ bonos eſſe potētes. ⁊ malis nunqꝫ deeſſe ſua ſupplicia. ⁊ bonis nunqꝫ ſua premia ¶ Nota ꝙ officine dicuntur domus officialium. vbi reponūtur ea que ad ipſos ſpectant. ⁊ ad eorum officia. ſicut ſunt cellaria ⁊ granaria. ⁊ alia hmōi. Hic autē accipiūtur officine pro cōgregatione maloꝝ. et dicuntur ab officio is ere. qđ idem eſt quod nocere

¶ Metrum quintum primi libri

O Stelliferi conditor orbis
Qui ꝑpetuo nixus ſolio
Rapido celum turbine verſas
Legemqꝫ pati ſidera cogis
Ut nunc pleno lucida cornu
Totis fratris obuia flammis
Condat ſtellas luna minores
Nunc obſcuro pallida cornu
Phebo propior lumina perdat
Et qui prime tempore noctis
Agit algentes heſperus ortus
Solitas iterum mutet habenas
Phebi pallens lucifer ortu
Tu frondiflue frigore brume
Stringis lucem breuiori mora
Tu cum feruida venerit eſtas
Agiles nocti diuidit horas

¶ Hic incipit quintū metrum huius primi libri. quod dr̄ pindaricū ab inuētore. anapeſticū a pede predominante. Eſt aūt anapeſtus pes cōtrarius dactilo conſtans ex p̄mis duabus breuibꝫ ⁊ tercia longa ſyllaba. ⁊ eſt metrum acatalecticū.i.ſine defectu. In hoc autē metro Boetius exclamat contra prouidētiam diuinā. admirans ꝙ omnia regantur a deo preter actus humanos. licet h' falſum ſit. tamē Boetio ſic videbatur ſm̄ ſtatum turbatum. Et diuiditur. quia primo cōmendat prouidētiam diuinam ex gubernatione celeſtium ⁊ terreſtriū Secūdo tangit actus humanos nō regi a deo. Tercio rogat deum vt regat actus hoīm. ſcđa ibi Oia certo. tercia ibi Quiſquis rex. Prima diuidit̄. primo cōmendat regimē diuine prouidētie circa corpa celeſtia.

Secundo magis circa terreſtria. ibi Tua vis varium temperat Primo dicit O conditor .i. o creator orbis ſtelliferi .i. ferentis ſtellas. qui nixus .i. adiunctus perpetuo ſolio .i. eterne ſedi. verſas .i. frequenter vertis celum rapido turbine .i. veloci motu. ⁊ cogis ſidera pati legem .i. debitum ordinem. vt ipſa luna nunc .i. aliquãdo lucida pleno cornu ſicut in plenilunio obuia .i. oppoſita totis flammis .i. luminibꝰ fratris .i. ſolis. ipſa luna condat .i. abſcondat minores ſtellas que in plenilunio non videntur propter maius lumen. ⁊ tu cogis nunc .i. aliquãdo vt ipſa luna exiſtẽs pallida obſcuro cornu. ipſa exiſtens propior phebo .i. ſoli perdat .i. amittat lumina .i. lucem. q̃ſi di. Tu facis vt luna quanto magis recedit a ſole tanto magis illuminatur. ⁊ lumine ſuo obſcurat minores ſtellas. ⁊ quãto magis appropinquat ſoli tanto plus obſcuratur. ⁊ tu cogis vt heſperus .i. ſtella veſpertina. qui agit algentes .i. frigidos ortus tempore noctis .i. in crepuſculo quod eſt prima pars noctis ſequendo ſolem. Iſte heſperus de mane lucifer dictus pallens in ortu phebi iterum mutet ſolitas habenas .i. ſolitos curſus. nam cum de veſpere ſeq̄tur ſolem. de mane precedit ip̃m. ⁊ tu ſtringis .i. coartas lucẽ .i. diem breuiori mora tp̄e brume .i. hyemis frondiflue id eſt facientis frondes defluere. ⁊ cum feruida eſtas venerit. tunc tu diuidis .i. diſtinguis agiles horas .i. breues horas noctis. q̃ſi di. tu facis ꝙ tp̄e hyemali noctes ſunt ꝓlixiores diebus. ⁊ tempore eſtiuali fit econuerſo

¶ Notandũ ꝙ deus dicitur conditor ſtelliferi orbis. quia ab ipſo dependet celum ⁊ tota natura. ex .xij. metaphiſice. Et dicitur reſidere in ꝑpetuo ſolio. quia in celo quod eſt ꝑpetuum. nam celum eſt locus deorũ et ſpirituũ. ⁊ omnes barbari ⁊ greci ⁊ quicũq; putant deos eſſe eum locũ qui ſurſum eſt deo attribuunt tanq̃ immortale immortali coaptãtes. primo celi ⁊ mundi. Et dꝛ vertere celum rapido turbine. motus eñ firmamenti dicitur rapidus. quia motu ſuo rapit ſecum alias ſperas inferiores

¶ Nota ꝙ verſo as are eſt ꝟbum frequentatiuũ. ⁊ ſ̄cat frequenter vertere. ⁊ ex hoc innuitur ꝙ celum ſemꝑ mouetur ⁊ non ceſſabit. qꝛ dicit cõmentator. non eſt timendũ ꝙ celum ſtet. Et ratio eſt. quia mouens celum mouet ſine fatigatione ⁊ pena. xij. metaphiſice. ¶ Item deus eſt nixus ꝑpetuo ſolio .i. cõiunctus ꝑpetuo celo. Unde deus tripl'r eſt in vniuerſo. ſcʒ eſſential'r ſeu preſential'r. ſacramẽtaliter ſeu miſterialiter. ⁊ miſericordialiter. Eſſential'r ſeu preſential'r in ſua vera claritate. in qua ip̃m homo nunq̃ vidit. ſicut dicit ꝓpheta Deum nemo vidit vnq̃. ſicut ipſe eſt in ꝑpetuo ſolio. Sacramẽtaliter ſeu miſterialiter deus eſt ſacramento euchariſtie. quod rata fide credimus. Sed miſericordial'r deus eſt vbiq; ſ̄m ꝙ dicit ſcriptura Miſericordia dñi plena eſt terra. Et inde prouenit dcm̃ cõmune ſ̄m ꝙ dicit ſcriptura Deus eſt vbiq; ¶ Nota ſ̄m Huguitionẽ. ꝙ ſolium eſt ſedes regalis ex ſolidis lignis facta a ſoliditate dcã id eſt a firmitate ¶ Nota ꝙ deus cogit ſidera pati legem. non violenta nec coacta motione. quia nullum violentũ ꝑpetuum. ſʒ cogit ea voluntaria ordinatione obſeruare legem .i. determinatũ motum. vt tempore eis ſtatuto oriantur ⁊ occidant. ¶ Nota ꝙ luna de ſe eſt corpus opacum recipiẽs lumen a ſole. ⁊ in ea parte que eſt verſus ſolem illuminatur Cum autẽ directe oppoſita fuerit ſoli ſicut in plenilunio. tũc lumine ſuo

obſcurat minores ſtellas. eo ꝙ maius lumen offuſcat minus. ſed cū luna
eſt in iſta parte celi in qua eſt ſol. ſicut contingit in cōiunctione. tunc ſupe-
rior pars que eſt verſus ſolem eſt illuminata. ⁊ inferior pars que eſt ꝟſus
nos eſt obſcurata. ⁊ tūc nihil videmus de luna. ſed cū incipit elōgari a ſo
le. tūc ꝑs elōgata incipit modicū apparere nobis. ⁊ tūc dicimus eſſe nouī
luniū. ⁊ quanto plus elongatur tanto plus apparet nobis illuminata
¶ Nota Boetius dicit ſolē eſſe fratrē lune. q꞉ ſm fabulas Jupiter cō
cubens cū latona genuit ex ea duos gemellos. ſ. phebū qui dr̄ ſol. ⁊ dyanā
q̄ dr̄ luna. ⁊ ſic ſm fabulas ſol eſt frater lune ¶ Nota ſtella q̄ de veſpe
ſequit̄ ſolem ⁊ q̄ de mane p̄cedit habēt diuerſa noīa. ptꝫ ꝑ verſum. Luci-
fer aurora venus veſpus heſperus idē. Q̄ō aūt poſſibile ſit ꝙ eadem ſtel
la de veſpe ſequat̄ ſolem ⁊ de mane p̄cedat. dicūt aliqui ꝙ hoc nō contin
git in vna ⁊ eadē pte anni. ſed in diuerſis. Dicūt em̄ ꝙ in eſtate ſeq̄tur ſo-
lem ⁊ in hyeme p̄cedat. ſed hoc eſt ꝯtra oēs autores dicētes hoc eſſe in
eodē tpe anni. Alij dicūt ꝙ mercurius ⁊ venus ſint ſtelle ſimilis coloris ⁊
quātitatis. quaꝝ vna qūqꝫ ſeq̄tur ſolē alia p̄cedit. ⁊ ſic videt̄ eſſe vna ſtel
la q̄ p̄cedit ⁊ que ſeq̄tur. ſed h̄ non eſt. Huguitio dicit ꝙ ven⁹ eſt altior ſo
le. ⁊ loquit̄ ſm antiq̄s aſtrologos q̄ locauerunt venerē ſupra ſolem. Cuꝫ
igit̄ contingit ꝙ venus ⁊ ſol ſimul veniūt ad occaſum q꞉ venus eſt altior
diutius videt̄ in ſero q̄ꝫ ſol. eadem rōe citius videt̄ de mane. q̄uis eque ci
to diſcurrāt. Nā citius vident̄ aſcendētia remota q̄ꝫ ꝓpinqua. ⁊ diuti⁹ vi-
dent̄ deſcendētia remota q̄ꝫ propinq̄. licet equali motu incedant. ſed mo-
derni aſtrologi locant venerē ſub ſole. Alij dicūt ꝙ vna eſt ſtella que vno
tpe ſequitur ſolem. alio tpe p̄cedit. ⁊ dicūt ſm Ptholomeū illā ſtellam
epyciclū in cuius circūferentia defertur corpus eius. Eſt aūt epyciclus
circulus ꝑuus cuius centrum eſt in circūferentia orbis deferētis. Nunc
aūt eſt ita ꝙ epyciclus veneris ſꝑ eſt cū ſole. ita ꝙ ſi protrahat̄ linea a cen
tro terre ꝑ centrū epycicli veneris ad firmamentum: eadem linea tranſi-
bit ꝑ centrum ſolis ⁊ non multū diſtabit ab eo. cum aūt venus feratur in
circuitu epycicli. aliqn̄ erit in eadem linea cū ſole. aliquādo p̄cedit. aliquā
do ſequitur. Item mora ſolis ſuper orizontē facit diem. cū dies ſit latio ſo
lis ſuꝑ terram. Mora aūt ſolis ſub orizonte facit noctē. ⁊ quia ſol longio
rem facit morā tpe eſtiuali ſuꝑ orizontē ⁊ breuiorem ſub orizonte. ideo di
es eſtiuales longiores ſunt noctibus In hyeme aūt fit ecōuerſo ꝓpter qđ
dies hyemales breuiores ſunt noctibus.

¶ Tua vis variū tempat annum
Ut quas boree ſpūs aufert
Reuehat mitis zephirus frondes
Queqꝫ arcturus ſemina vidit
Syrius altas vrat ſegetes
Nihil antiqua lege ſolutum

¶ Hic Boetiuꝫ com
mendat regimen diuine
prouidētie magis circa
terreſtria. ſcilicet circa ꝑ-
tes anni dicens. O de-
us tua vis. i. virtus tem
perat. i. ordinat variū an
nū. i. diuerſas partes an
ni. vt mitis zephirus. i. vē
tus ꝟnalis. reuehat. id ē

Linquit proprie ſtationis opus.

reducat frōdes quas aufert.i.deſtruit ſpūs boree id eſt flatus boree.ꝛ tua vis temperat vt quecūqꝫ ſemina viderat arcturꝰ illa ſtella altas ſegetes.id eſt longas ſegetes vrat ſyrius.id eſt ſtella canicula tpe eſtiuali. Et ſubdit.nihil ſolutum.id eſt ſegregatū antiqua lege.id eſt eterna lege diuine ꝑuidentie linquit.i.derelinquit opus ꝓprie ſtationis.i.ad quod opandū eſt ſtatutū. ¶ Nota ꝙ quatuoꝛ ſꝫ partes anni.ver.hyems.autumnus ꝛ eſtas. In vere flat ventus q̇ dꝛ zephirus q̇ eſt collateralis fauonij.ꝛ qꝛ flatus eius eſt lenis.ideo dꝛ mitis ꝛ ꝓducit viridia. In hyeme ꝛ maxime in ṗncipio viget flatus boree q̇ eſt vētus collateralis aq̄lonis.cuius flatus eſt foꝛtis ꝛ frigidus.ꝛ deſtruit viridia denudando arboꝛes ¶ Nota ꝙ arcturus eſt ſtella circa maioꝛem vꝛſam.q̄ dꝛ videre ſemina.qꝛ tpe ſui oꝛtus quo oꝛitur cū ſole tūc ſeminatur ſicut in autumno ¶ Nota ſyrius eſt ſtella q̄ alio noīe dꝛ canicula Et dꝛ ſyrius a ſyꝛen quod eſt tractus ꝓpter longū tractum caloꝛis.ꝛ apparet cū ſol eſt in cancro.ꝛ dꝛ vrere ſegetes.i.maturare ¶ Nota de arcturo dicit Iſidoꝛus in libꝛo ethimologiarū.arcturus eſt ſidus poſt caudā maioꝛis vꝛſe poſitum.ꝛ oꝛitur tpe autūnali.ſed dicit Uegetius arcturum oꝛiri poſt ydus ſeptembꝛis.xvij.kal'.octobꝛis. Itē dicit Iſidoꝛus.canicula eſt ſtella.ꝛ dꝛ ſyrius q̄ eſtiuis menſibus in medio centro celi eſt.ꝛ iūcta cū ſole duplicatur caloꝛ eius.ꝛ diſſoluunꝭ coꝛpa ꝛ euapoꝛant.a qua ſtella dicunꝭ dies caniculares.in quibus moleſte ſunt purgationes.

¶ Omnia certo fine gubernās
Hominum ſolos reſpuis actus.
Merito rectoꝛ cohibere modo
Nam cur tantas lubꝛica verſat
Foꝛtuna vices.pꝛemit inſontes
Debita ſceleri noxia pena.
At peruerſi reſident celſo
Moꝛes ſolio.ſanctaqꝫ calcant
Iniuſta vice colla nocentes
Latet obſcuris condita virtus
Clara tenebꝛis.iuſtuſqꝫ tulit
Crimen iniqui
Nil periuria nil nocet ipſis

¶ In iſta parte boetiꝰ tangit actus hoīm non regi a pꝛouidētia diuina ſed derelictos regimini foꝛtune dicens. O deus tu gubernans omnia certo fine.id eſt certo oꝛdīe ad finem ꝛ reſpuis.id eſt ſpernis regere ſolos actus hominū.ꝛ ergo o rectoꝛ deus.tu merito cohibere.id eſt coercearis.cur lubꝛica foꝛtuna.id ē inſtabilis foꝛtuna verſat id eſt vertit tātas vices id eſt alternationes.q̄a ipſa pꝛemit inſontes.i.innocentes noxia pena debita ſceleri.i.homini ſcelerato ꝛ peruerſi moꝛes.id eſt homines peruerſi in moꝛibus reſidēt in celſo ſolio id eſt in alto loco

Fraus mēdacij compta colore.
Sed cum libuit viribus vti
Quos innumeri metuūt populi
Summos gaudent ſubdere reges.

et ipſi nocentes.id ē miſli calcant ſancta colla.id eſt ſanctoꝝ hoim iniuſta vice.i.iniuſta alternatōe qui ſancti potius deberent calcare colla nocentum q̄ econuerſo.ꝛ clara virtus.i.homo clare virtutis ꝛ bonis opibus iacet condita.id eſt abſcondita vel nō manifeſta obſcuris tenebris.i.ab hominibus vicio obſcuratis.ꝛ iuſtus hō tulit.id eſt ſuſtulit crimen iniqui hominis.ꝛ periuria nil nocent ipſis iniquis.nec fraus compta.i.ornata mendacij colore.i.falſa apparentia nocet ipis.ſed cum prauis libuit vti viribus.i.exercere vires.quos prauos metuunt innumeri populi.i.vulgares.tūc ipſi gaudent ſubdere.i.ſupplātare ſūmos reges.i.bonos ꝛ ſapientes quorum eſt regere ꝛ alios gubernare ¶ Itē deus omnia gubernat certo fine.quia dicit commentator.x.metaphiſice. Deus eſt menſura omnium ꝛ regula ꝛ infallibiliter verum metruȝ. Et commentator dicit primo celi ꝛ mundi. Entia diuina nos gubernant ꝛ regunt.in nobis ſunt quaſi finis ¶ Item illud quod eſt ſapientiſſimuȝ regit certo fine.cum ſapientis eſt regere.ſed deus eſt ſapientiſſimus eo ꝙ ſapientia a deo proceſſit Unde ſacra ſcriptura. Om̄is ſapientia a deo eſt ¶ Nota Boetius vidit in mundo bonos deprimi.ꝛ malos exaltari.cuȝ tamen potius fieret econuerſo. Ideo ſibi videbatur ꝙ actus ꝛ operationes hoim non regerentur a deo.ſed magis a fortuna.que hūc humiliat ꝛ hūc exaltat. Ideo boetius deo ꝯqueritur.

¶ O iam miſeras reſpice terras
Quiſquis rerum federa nectis
Operis tanti pars non vilis
Homines.quatimur fortune ſalo
Rapidos rector comp̄me fluctus
Et quo celū regis immenſum.
Firma ſtabiles federe terras.

¶ Hic Boetius rogat vt deus regat actus hominum ꝛ homines ſicut regit celum dicens. O quiſquis deus es tu qui nectis id eſt coniungis federa.id eſt concordias rerum.reſpice miſeras terras.id eſt homines in terris habitantes nos enim homines non ſumus vilis pars ſȝ valde nobilis tanti tui operis.i.mūdi.nos quatimur.i.ꝯcutimur ſalo.i.mari ꝛ amaritudini fortune. Ideo tu deus comp̄me.i.reſtringe.rapidos fluctus.i.magnos impetus fortune.ꝛ eo federe.i.regimine quo regis immenſum celū.tu firma.i.robora ſtabiles terras.i.homines ſtabiles in terra.ſcȝ quos tu creaſti vt inhabitarent terram ¶ Nota Boetius dicit hominem nō eſſe vilem preȝ mūdi.quia ſcribitur in prologo libri de pomo Areſtotelis. Hō eſt digniſ

ſima creatura ſimilitudo oĩm ad hymaginem dei factus. ⁊ ſcđo de aĩa q̃ damnõ aĩa ꝯuenit cũ oĩbus creaturis. ꝯuenit eĩm cũ angelis in intelligen do. cũ brutis in ſentiendo. cũ plantis in vegetando. cũ lapidib9 in eſſendo ¶ Nota boetius ꝯparat fortunaz ſalo. i. mari. Sicut eñ nauis vndis marinis iactatur nũc in altum. nunc in profundum. ſic homo p fortunam nũc in proſperitate leuat᷑. nunc in aduerſitate deijcitur

¶ Hic incipit quinta ꝓſa huius primi libri. in q̃ boetius oſtendit quõ phĩa ſe habuit ad ſuam querimoniaz. ⁊ q̃d ex ea cognouerit. ſcđo phĩa q̃dam dicta boetij irrati/ onabilia paruipẽdit. tercio ſub breuitate recolli/ git ea que ipſum boeti/ um perturbant. quarto phĩa dat modum reme dendi ipſum boetiũ. ſecũ da ibi. Itaq; non taz me loci huius. tercia ibi. Et tu quidem de tuis. quar ta ibi. Sed quoniaz plu rimus. Dicit primo ſic Poſtq̃ ego boetius de/ latraui. id eſt contra ra/ tionem locutus ſum hec ſupple predicta. continu ato dolore. id eſt aſſidua turbatiõe. illa ſupple phi loſophia placido vultu nihil mota eſt. i. irata me is queſtibus. id ẽ de me is querimonijs. inquit. id eſt dixit. Cũ. i. quãdo ego vidiſſem te boetiuz meſtum. i. triſtem. q; p ⁊ lachrymantẽ. i. flentem. illico. i. ſtatim ꝯgnoui te miſerum. q; pro et exulẽ id eſt patientẽ exiliũ. ſed q̃ longinquũ. i. remotuz eſſet illud exiliũ ego neſ/ ciebam. i. ignorabaz. niſi tua orõ. i. ſermo mihi. p/

## ¶ Proſa quinta primi libri

¶ Increpatio phĩe cur ſe exulẽ putet ꝓpter longinq̃tatem vrbis cum eius patria ſit paradyſus.

Hec vbi cõtinuato dolore delatraui illa vultu placido nihilq; meis queſtib9 mota. P. Cum te inq̃t meſtum lachrymantemq; vidiſſem. illico miſerum exuleq; cognoui. Sz q̃ id longinquũ eſſz exilium. niſi tua pro didiſſz oratio neſciebã. Sed tu q̃ p/ cul a patria. nõ quidẽ pulſus es ſz ab erraſti. At ſi te pulſum exiſtimari ma/ uis. te potius ipſe pepuliſti. Nã id q/ dem de te nunq̃ cuiq̃ fas fuiſſet. Si eñ cuius oriũdus ſis patrie reminiſ/ caris. non vti athenienſium quondam multitudinis imperio regitur Sz ei9 vnus dñs eſt ⁊ vnus rex. vnus ⁊ prin/ ceps q̃ regit eam. Qui frequẽtia ciui um nõ depulſione letat᷑. Cui9 agi fre nis atq; obtẽperare iuſticie. ſumma li

bertas eſt. An ignoras illam tue ciui/
tatis antiquiſſimam legem qua ſan/
xitum eſt ei ius exulare non eſſe quiſ/
quis in ea ſedem fundare maluerit.
Nam qui vallo eius ac munimine cō
tinetur. nullus metus eſt. ne exul eſſe
mereatur. At quiſquis inhabitare
eam velle deſierit. pariter deſinit eti/
am mereri.

didiſſet. id eſt reuelaſſet
ſed tu ſupple boeci· q̇deꝫ
pro certo non es pulſus
q̄ꝫ procul. i. valde remo/
te a patria. i. iudicio rati
onis. ſed oberraſti. i. deui
aſti. at pro ſꝫ. ſi te mauis
id eſt magis vis eſtima
re pulſum a patria poc⁹
ſupple tuipſe pepuliſti te
Boetium. Nam ꝑ q̄a
quidē pro certo id ſup/
ple repellere te a patria
nunq̄ꝫ fuiſſet fas. i. licitū
cuiq̄ꝫ ſupple homini. ſi ei
reminiſcaris. id eſt recor
deris cuius patrie. id eſt de qua patria ſis oriūdus. i. natus. nō. vt pro ſi/
cut ciuitas athemenſium quondam regitur imperio. i. ex precepto multi/
tudinis. id eſt multorum rectorū. Sequitur grecum quod tantū valet in
latino. ſed vnus eſt dominus ⁊ vnus rex vnus ⁊ princeps qui gaudet de
frequentia. i. frequenti inhabitatione ciuium. i. incolarum ⁊ nō de pulſio/
ne. cuius regis agi. i. duci frenis. i. preceptis. atq̄ꝫ pro et obtemperare. id ē
obedire iuſticie ſumma eſt libertas. an pro nūquid. ignoras illam antiquiſ
ſimam legem id eſt ſtatutum tue ciuitatis. i. recte rationis. quia ſāxitum
id eſt confirmatū eſt ius non eſſe. id eſt ad eam non pertinere exulare. i. ex
iliū pati quiſquis. i. quicunq̄ꝫ maluerit. i. optauerit fundare. i. locare in ea
ciuitate ſedem. i. habitationem ſuam. nam pro quia qui continetur. id eſt
comprehenditur vallo ac munimine eius ſupple ciuitatis nullus met⁹. id
eſt timor eſt illi vt mereatur eſſe exul. at pro ſed quiſquis deſierit. i. ceſſaue
rit velle inhabitare ipſam ciuitatem pariter deſinit etiam mereri id ē me/
ritum conſequi ¶ Nota q̄ delatrare proprie eſt canum. in propoſito
autem delatrare eſt vrgente dolore contra rationem loqui. ⁊ ſic Boetius
quia dixit actus hominum non regi a deo contra rationem loquebat̄. er/
go dicit ſe delatraſſe ¶ Nota nō eſt hominis ſapientis moueri ex his
que dicuntur ab inſipiente contra rationem. ſed magis debet inſipientem
inſtruere ⁊ conſolari. ergo philoſophia nō fuit mota ex queſtibus Boetij
ſed magis ipſum conſolabatur. ¶ Nota ꝑhia cognouit boetium eſſe
miſerum ⁊ exulem. Miſer eſt ille cuius animus ſequitur mutationem re
rum temporalium. ita q̄ extollitur in proſperis ⁊ deprimitur in aduerſis.
Exul in propoſito eſt ille nō qui mutat regionem. ſed qui agit cōtra rōeꝫ
¶ Nota q̄ ꝑ lachrymas poteſt cognoſci q̄ ratio hōis ſit turbata. ſꝫ
quārum turbatus ſit nō cognoſcitur niſi ſermone doletis. ergo dicit phi/
loſophia lachrymis cognoui te eſſe exulem. ſed quantū eſſet exilium neſci
ebam. niſi tua oratio mihi prodidiſſet ¶ Nota q̄ ille pulſus eſt a pa/
tria qui omnino rationem amittit. ſed ille aberrat qui infra patriam in ali
quo rationem retinet. ⁊ in aliquo amittit. Boetius autem non erat pul/

ſus procul a patria. quia nõ totã rõem amiſerat. credebat em̃ oĩa regi a deo. ſed in hoc aberrabat ꝙ actus hoĩm a deo regi nõ putabat ¶ Nota de patria hoĩs que eſt recta ratio loquitur Sen̄. in de remedijs fortuitoꝝ dicens. Patria eſt vbicũqꝫ hõ bene eſt. illud aũt qđ bñ in hoĩe eſt nõ in loco eſt. In hoĩs inq̃m ptãte eſt ſi ſapiẽs eſt nõ peregrinat̃. ſi ſtultus exulat ¶ Nota a patria rõis nullus boetiũ expulit niſi ipe ſeipm̃ qꝛ boetius nõ alieno impetu ſed ꝓprio defectu terminos ⁊ limites rõnis exuit ¶ Nota ciuitas Athenienſiũ regebat̃ imperio multitudinis. ꝑmo em̃ eam regebant reges. poſtea ſuccedente tp̃e ꝑncipes. tandẽ pro regimine eius ſingulis annis elegebant̃. xxxviij. ſapientes. ſed patria ratõis tm̃ vno ꝑncipe regitur. ſ. deo q̇ eſt regula recte ratõis. ¶ Nota hõ dr̃ orũdus a patria rõis inq̃ꝫtũ aĩa eius intellectiua. q̄ vtit̃ recta ratõe a deo orit̃ ¶ Nota intm̃ hõ manet in patria rõis inquãtũ deo ſubijcit̃ ⁊ legi diuine. ⁊ qꝛ deus in ſubiectione ſuoꝝ delectatur. ideo letat̃ in multitudine ciuiũ. ⁊ nõ in expulſione eoꝝ. Repellit̃ aũt aliq̇s a patria rõis deo rebellando ⁊ a recta rõe recedendo ¶ Nota q̇ obtempat ſe deo eſt ſumme liber. qꝛ inq̃ꝫtũ aliquis agit ſm̃ rõez intantuꝫ eſt liber. ſed ꝑ obtemparе ſe deo homo maxime agit ſm̃ rõem. ergo talis maxime liber eſt. vñ Sen̄. lij. ep̃la dicit. Queris que ſit libertas. Libertas vera ẽ nulli rei ꝑterq̃ꝫ deo ſeruire. equanimiter proſpera ⁊ aduerſa ferre. ⁊ fortunã in equum ducere ¶ Nota ꝙ a ciuitate rationis nullus exulat niſi ꝑ affectõnẽ tpaliũ. talis aũt affectio eſt volũtaria. ⁊ ideo ſola voluntate aliq̇s exulat a tali ciuitate. et qꝛ talis affectio nõ põt hoĩem occupare q̃ꝫdiu eſt infra terminos recte rõis. ideo dr̃ phĩa. Nam q̇ vallo eius ⁊c.

¶ Itaqꝫ nõ tam me loci huius q̃ꝫ tua facies mouet Ne bibliothece potius cõptos ebore ac vitro parietes q̃ꝫ tue mẽtis ſedẽ requiro. In q̄ nõ libros ſꝫ id quod libris preciuꝫ facit. librorum quoudã meoꝝ ſentẽtias collocaui.

¶ Hic phĩa q̄dam dicta irrõnabilia boetij ꝑuipendit dicens. Et q̄ aberraſti a patria rationis. itaqꝫ pro ergo. non tam. i. nõ tm̃ facies id eſt diſpõ huius loci. i. exilij q̃ꝫ. i. q̄ntum tua facies. i. interior diſpoſitio mẽtis tue mouꝫ. i. ꝑturbat me phĩam q̄ deiecta eſt aduerſitate fortune. Et quia ſupius conqueſtus fuit de carentia bibliothece libroꝝ. iſtam carentiã paruipendẽs phĩa dicit. Nec ego phĩa requiro. i. inueſtigo parietes bibliothece comptos. i. ornatos. ebore. i. oſſib' elephãtum. ac pro etiã vitro. id eſt gemmis precioſis. q̃ꝫ. i. inquantum. ſupple requiro ſedem. i. tranquillitatem tue mentis. in qua mente. non collocaui. i. non poſui libros. ſed illud quod facit precium. i. precioſitatem libris. ſ. ſententias meorũ librorum ¶ Nota ꝙ Boetius ſupra conquerendo de ſtatu ſuo ſolum deplanxit incommoda corpalia non curans deiectionem animi ſui. Unde philoſophia contra hoc ſolum deplangit animi ſui deiectionem. ⁊ incõmoda corporalia peruipendit. Et quia ſuperius in quer-

# Proſa quinta

ta proſa dixit boetius. Nunquid non mouet te facies huius loci. iõ phĩa hic ſibi reſpondeus dicit. multo plus moueoꝛ ꝓpter animi deiectionē ꝗ̄ ꝓpter locum exilij in quo exiſtis. hõ eñ fortis animo om̃i loco vtitur pro patria. vnde Ouidius in libro de faſtis. Omne ſolum forti patria eſt vt piſcibus equoꝛ. Et qꝛ etiã conq̃ſtus fuit de bibliotheca. reſpondet phĩa ꝙ ipſa potius deplangat ſentẽtias libꝛoꝝ quas ꝑ obliuionem perdit q̄m carentiam bibliothece ꝛ libꝛoꝛum.

¶ Et tu quidem de tuis in commune bonum meritis vera quidem: ſed pro multitudine geſtoꝛum tibi pauca di/xiſti. De obiectoꝛum tibi vel honeſtate vel falſitate. cunctis nota memo/raſti. De ſceleribus fraudibuſq; delatoꝛum recte tu quidem ſtrictim attin/gendum putaſti. ꝙ ea melius vberiuſq; recognoſcentis omnia vulgi oꝛe celebꝛentur. Increpuiſti etiam vehemẽter iniuſti factum ſenatus. De noſtra etiam criminatiõe doluiſti. Leſe quoq; opinionis damna fleuiſti. Poſtremo aduerſus foꝛtunam doloꝛ incan/duit. conqueſtuſq; non equa meritis pꝛemia penſari. In extremo muſe ſeuientis. vt vtiq; celum terras quoq; pax regeret poſuiſti

¶ Hic phĩa ſub breui/tate recolligit que Boetium perturbauerũt di/cens. Et tu boeci dixi/ſti vera de tuis meritis. i. factis in cõmune bonū id eſt ꝓpter vtilitatē oīm hoīm. ſed ſupple dixiſti pauca ſupple beneficia ti/bi eueniſſe pꝛo multitu/dine geſtoꝝ. i. factoꝝ tu/oꝝ. ꝛ tu memoꝛaſti. i. re/citaſti. nota. i. manifeſta cũctis hoībus. de honeſtate: ſ. de ſaluatõe ſena/tus. vel falſitate. i. ꝯpila/tõe falſarũ lrãꝝ obiectorũ. i. imputatoꝝ tibi. qui dē pro certo tu ſtrictim putaſti. i. exiſtimaſti. at/tingendũ ſupple eē recte id ē rõnabiliter de ſcele/ribus. i. de vicijs. ꝗ pꝛo ꝛ fraudibꝫ. i. deceptõibus delatoꝝ. i. accuſantiũ. ꝙ ea. i. om̃ia iſta celebꝛent̃. id ē memoꝛent̃ meli⁹. ꝗ ꝑ et vberius. i. copioſius oꝛe. i. ſermone vulgi recognoſcẽtis. i. memoꝛãtis omnia. etiam tu boeci increpuiſti vehementer id eſt foꝛtiter factum id eſt opus iniuſti ſenatus ſupple totius. ꝛ tu etiam doluiſti de noſtra crimina/tione. id eſt vituperatione. ꝛ etiam tu fleuiſti. id defleuiſti damna. id ē crimina leſe opinionis. i. maculare fame tue. poſtremo. i. vltimo doloꝛ incanduit aduerſus foꝛtunam. id eſt contra foꝛtunam. ꝗ pro et. ſupple tu boeci. conqueſtus es non penſari. id eſt retribui equa. id eſt digna pꝛemia.

# Liber Primus

meritis .i. pro meritis. In extremo .i. in fine. ſeuientis muſe .i. furientis metri tu propoſuiſti .i. dediſti. vota .i. p̄ces ꝙ ea pax ſupple diuine ꝓuidentie regeret terras .i. hoīes terrenos. vti pro ſicut regit celū. ¶ Nota ꝙ iſta om̄ia fuerūt cauſa perturbationis Boetij. ⁊ ꝯtractantur ea in quarta proſa in fine metri. ſcilicet. O ſtelliferi.

¶ Sed quoniam plurimus tibi affectuum tumultus incubuit. diuerſum qꝫ te dolor ira merorqꝫ diſtrahūt. vti nunc mentis es. nonduz te validiora remedia contingunt. Itaqꝫ te leuioribus paulisꝑ vtemur. vt que in tumorem perturbationibus influentibus indurruerunt. ad acrioris vim medicaminis recipiendam tactu blandiore molleſcant.

¶ Hic philoſophia dat modū medendi ip̄m boetium dicens. Sed quoniam plurimus tumultus .i. valde magna multitudo affectuum .i. paſſionum incubuit .id eſt inſtitit tibi. ⁊ dolor ira ⁊ meror .i. triſticia diſtrahunt te diuerſuz .i. ad diuerſa. ideo ſicut nūc mentis es nondum ꝯtingūt id eſt reſpiciunt te validiora remedia. id eſt fortiora medicamēta. Itaqꝫ nos vtemur paulisper id eſt modicum leuioribus remedijs. vt ea que induruerūt. id eſt indurauerunt. in tumorem: id eſt inflaturam. perturbationibus .i. triſticijs animi influētibus. id eſt euenientibus. ⁊ vt illa molleſcant .i. mollia fiant blandiore tactu .i. leuiori medicina ad recipiendū vim acrioris .i. fortioris medicaminis. ¶ Nota ꝙ Boetius fuit diſtractus multitudine affectionum. ſcꝫ ira. merore. ⁊ dolore. Nam ira trahit hominem ad vindictam. dolor ad deſperationez. meror ad totius mentis aggrauationem. Ideo dicit philoſophia ꝙ ſua perturbatio iam non poſſit ſuſtinere fortiora remedia. ſed velit ſibi adhibere leuia. vt per talia preparatus ⁊ diſpoſitus conſequenter poſſet percipere remedia acriora.

¶ Metrum ſextum libri p̄mi.

Cum phebi radijs graue
Cancri ſidus ineſtuat
Tum qui larga negantibus.
Sulcis ſemina credidit
Eluſus cereris fide
Quernas pergat ad arbores

¶ Hic incipit ſextū metruz huius primi qđ dicitur metrum glyconicum ab inuentore. choriambicum a pede predominante. Eſt autez choriambus pes conſtās ex prima ⁊ vltima longa ⁊ duabus medijs breuibꝰ. Unde primus pes huius metri eſt ſpoudeus. ſecūdus choriambꝰ. ter-

# Metrum ſextum

Nunq̃ purpureū nemus
Lecturus violas petas
Cum ſeuis aquilonibus
Stridens campus inhorruit
Nec queras auida manu
Vernos ſtringere palmites
Uuis ſi libeat frui
Autumno potius ſua
Bacchus munera contulit

eius pyrrhikius. q̇ eſt pes ↄſtans ex duabꝫ breuibꝫ. ⁊ loco eius aliq̄n ponit᷑ iambus. q̇ ↄſtat ex p̄ma breui et vltima longa. In hoc ergo metro ph̄ia ꝓbat dictū ſuū ꝑ exempla. Dicit em̄ ꝙ Boetio ꝓ nunc nō ↄuenirent remedia fortia. ſꝫ alio tp̄e. Probat ergo ꝙ oīa requirant tempus determīatum. et ſi fiant extra ſuū tēpus nō ꝓſꝑantur. ⁊ hoc ꝓbat tribꝫ exēplis. ſcd̄o tangit tp̄a nō ꝑmiſceri q̄ deus diſtinxit. ibi Signat tp̄a.

Primū exemplū eſt de ſemine. quod ſi ſeminat᷑ non debito tp̄e nō ꝓfert fructū. vt ſi quis ſeminaret in iulio vel in auguſto. vn̄ dicit ſic in lr̄a Cum pro q̄n graue ſidus cancri .i. illius ſigni ineſtuat .i. inardeſcit radijs phebi .i. ſolis. Tum .i. in illo tp̄e q̇ credidit .i. cōmiſit larga ſemina .i. copioſa ſemina ſulcis .i. cauernis terre negantibꝫ ſupple ſpem meſſis. talis eluſus .i. fruſtratus fide .i. beneficio cereris .i. dee frugū. pergat .i. accedat ad arbores quernas .i. quercuū. ⁊ veſcatur fructibꝫ eax. Tunc ponit ſcd̄m exēplum de floribꝫ quos hō fruſtra querit tp̄e hyemali. cuꝫ tp̄s eox fit in vere. vn̄ dicit in lr̄a Tu lecturus .i. collecturus violas .i. tales flores nunq̃ petas .i. accedas purpureū nemus .i. floridā ſiluam. cum .i. q̄n cāpus ſtridēs .i. ſonās campus inhorruit .i. horribilit᷑ apparuit ſeuis aquilonibꝫ .i. crudelibus ventis hyemalibꝫ Tūc ponit tercium exemplū. ⁊ eſt de vuis que mature ſunt in autumno. ⁊ ideo fruſtra querūtur tp̄e vernali. Vn̄ dicit in lr̄a. Si libeat frui vuis nō queras auida .i. cupida manu ſtringere vernos palmites .i. ꝟnales vites. quia bacchus deus vini potius cōtulit ſua munera .i. vuas autumno .i. tp̄e autūnali ¶ Nota ꝙ ſidus cancri dr̄ graue quia ſole exn̄te in cancro homines grauant᷑ nimio calore. quo tp̄e non eſt ſeminandū. quia ad hoc ꝙ ſemen ↄualeſcat req̄ritur humor. qui calore ſolis feruido tp̄e reſoluitur ⁊ euaporat᷑. ¶ Nota ſm̄ fabulas. cum pluto rapuerāt proſerpinā mater eius ceres q̄rens ipſaꝫ in terris ⁊ nō inueniēs denegauit hominibꝫ beneficiū frugum. ⁊ tūc homines ꝑgebant ad arbores quercuū ⁊ comedebāt glandes. ⁊ ſic loq̄tur ph̄ia in lr̄a ¶ Nota de hoc qd̄ dicit (ſtridens cāpus) dr̄ Huguitio ꝙ ſtrideo des. et ſtrido dis eſt fortiter ſonare. vel dentes ↄcutere. vel frendere

Signat tempora proprijs
Aptans officijs deus
Nec quas ipſe coercuit

¶ Hic oſtendit ph̄ia tp̄a non ꝑmiſceri q̄ deus diſtinxit. dicens Deus ſignat .i. ornat tp̄a aptans ea ꝓprijs officijs. nec ipſe deus patit᷑ miſceri vices .i. alternatōes

Miſceri patitur vices
Sic quod precipiti via
Certum deſerit ordinem
Letos non habet exitus

lociter eſt tranſiẽs. τ eſt fugatior: id ẽ mutabilior mutabilitate florꝝ vernalium. quaſi diceret ſatis euidens eſt Unde ſi homines vterentur linceis oculis vt ait Areſt. ita vt eorꝝ viſus penetraret obſtantia .ſ. corpora nõne illud corpus Alcibiadis ſupficie pulcherrimũ introſpectis viſceribus turpiſſimũ videret qſi diceret ſic. Ex quo concludit philoſophia. Igit te pulchrũ videri non facit tua natura. ſed infirmitas oculorũ ſpectantiũ Et ſubdit Sed eſtimate ꝙ nimio vultis bona corporis dum ſciatis hoc qđcũqꝫ fuerit de bonis corpis poſſe diſſolui igniculo .i. calore febris triduane. Febris enim acuta ſm medicos qñqꝫ tercio die perimit. Et tunc breuiter recolligit ſupradicta dicens Ex quibus omnibus licet redigere in ſummam ꝙ hec ſcꝫ predicta bona non poſſunt preſtare ea que pollicentur id eſt promittũt nec perfecta ſũt congregatione omnium bonorum nec ad beatitudinem ferunt quaſi quedam calles id eſt vie. nec ipſa perficiunt beatos

¶ Notandum ꝙ pulchritudo corporis non eſt durabilis. qꝛ dicit Uirgiliꝰ O formoſe puer nimium ne crede colori Alba liguſtra cadũt vaccinea nigra leguntur ¶ Notandum ꝙ communiter dicitur ꝙ viſus linceus obſtantia corpora penetrat. ſed illud nec ab Areſtotele neqꝫ ab aliquo autentico inuenitur. Unde Iſidorus in libro ethimologiarum loquens de lince dicit. ꝙ linx dictus eſt quia in luporum genere numeratur. beſtia maculis diſtincta tergo vt pardus. ſed ſimilis lupo. cuiꝰ vrinam conuerti in duriciem precioſi lapidis dicunt qui ligurus appellatur. nihil autem dicit Iſidorus de penetracione viſus

¶ Nota ꝙ Alcibiades mulier fuit pulcherrima quam videntes quidam diſcipuli Areſtotelis duxerunt eam ad Areſtotelem vt ipſam videret: qua viſa dixit Si homines linceos oculos haberent vt queqꝫ obſtantia penetrarent. introſpectis viſceribus corpus quod apparet pulcherrimum turpiſſimum videretur

¶ Sequitur metrum octauum tercij libri

Heu q̄ miſeros tramite deuio
Abducit ignorantia
Non aurum in viridi queritis arbore
Nec vite gemmas carpitis
Non altis laqueos montib9 abditis
Ut piſce ditetis dapes
Nec vobis capreas ſi libeat ſequi
Tyrrhena captatis vada
Ipſos q̄netiā fluctib9 abditos
Norunt receſſus equoris
Que gemmis niueis vnda feracior
Vel que rubentis purpure
Necnō que tenero piſce vel aſperis
Preſtent echinis litora
Sed quonā lateat qđ cupiunt bonū.
Neſcire ceci ſuſtinent
Et qđ ſtelliferū trans abijt polum
Tellure demerſi petunt

¶ Iſtud eſt octauum metrū hui9 tercij. cuius primus ꝟſus dr̄ metruꝫ aſclepiadiacum ab inuē tore. choriambicū a pede predominā te Secūdus ꝟſus dr̄ metrū archilogicum ab inuentore. iambicū a pede p̄dominā te. In quo metro phia deplangit errorem hoim qui in querendo minima bona ſunt prudentes. ſed in querendo ſummū bonū abducūt ignorantia Primo facit hoc. ſcđo precatur vt hoies tediati falſis bonis redeant ad verū bonum. ſcđa ibi Quid dignum Dicit ḡ. Heu eſt interiectio dolentis ⁊ eſt dyſſillaba ꝓpter metruꝫ que ignorantia abducit miſeros deuio tramite id eſt tranſuerſa via ſupple a ꝟo bono. vos homines nō queritis aurū in viridi arbore. nec carpitꝫ gēmas in vite. vos non abditis .i. non abſconditis laqueos ꝑ captura piſciū in altis montibus. vt ditetis dapes piſce. ⁊ ſi vobis liceat ſequi capreas non captatis. i. non acceditis vada tyrrhena. i. mare tyrrhenū qđ eſt in Italia. q̄nis etiā pro certe homines norunt id eſt nouerunt ipſos receſſus abditos id eſt abſconditos fluctibus equoris. etiam homines norunt que vnda ſit feracior rubentis purpure .i. conchilioꝝ quorū ſanguine fit purpura. Et hoies norūt que litora p̄ſtant .i. abundent. tenero piſce vel aſperis echinis. i. talibus piſcib9. ſed quonā id eſt mihi lateat bonū. ſ. beatificuꝫ qđ cupiunt. neſcire ſuſtinēt ceci exiſtentes. ⁊ illud bonum qđ abijt trans polū ſtelliferū illud hoies demerſi cecitate ignorātie petunt tellure id eſt querunt in terra ¶ Notandum ſm Iſidoꝝ libro ethimologiaꝝ Caprea eſt agreſtis capra que q2 acutiſſime videt. greci eam pondo idē

appellauerant ¶ Notandū ſm Iſidorum ꝙ echinus eſt piſcis par uus ſemipedalis qui adherendo videtur retinere nauem. et eſt piſcis aſperrimus ad modum ericij ad edendum ſatis ſuauis

¶ Hic ꝑcatur phia vt poſt tedium falſoꝝ bonorum homines redeant ad verum bonum et dicit. Quid dignū ego imprecer ſtolidis mētibus hominū. q. d. nihil aliud niſi hoc ꝙ homies ambiant ipos honores et opes et cum parauerint. i. acquiſiuerint ſibi falſa bona graui mole. i. rediosa ſolicitudine tandem tedio ducti cognoſcant vera bona ¶ Notanduȝ ꝙ iſta deprecatio phie non eſt ex maliuolentia ſed ex benignitate. et ideo non optat ꝙ homines permaneāt in deſiderio bonoꝝ temporaliū. ſed vt illud deſideriū magis ſit eis mediū perducendi ad veꝝ bonum. Nec ipſa imprecatur cupiditatem vł ambitionem honoris ad eē ſed vt quibus adeſt per hoc ad verū bonum deducantur.

Quid dignū ſtolidis mentib⁹ imꝑcer
Opes. honores. ambiant
Et cum falſa graui mole parauerint
Tum vera cognoſcant bona

## Proſa nona libri tercij

De terrenis actib⁹. de veris in antea

Hactenus mendacis formā felicitatis oſ̄diſſe ſuffecerit. quā ſi ꝑſpicaciter intueris ordo eſt deinceps que ſit ꝟa mōſtrare. B. Atq̄ video in quā nec opib⁹ ſufficientiaȝ nec regnis potētiam. nec reuerētiā dignitatibus nec celebritati glām. nec leticiā voluptatib⁹ poſſe ꝯtingere. P. An etiā cauſas cur id ita ſit deprehēdiſti. B. Tenui quidē veluti rimula mihi videor intueri ſed ex te cognoſcere apertius malim. P. Atq̄ ꝓmptiſſima ratio eſt

¶ Iſta eſt nona proſa huius tercij in q̄ phia vult oſtēdere que ſit vera beatitudo. Et primo continuat dicta dicendis. ſcđo aſſignat cauſā falſe felicitatꝫ. tercio oſ̄dit que ſit vera felicitas ſecunda ibi. Quod eniȝ tercia ibi. Habes igitur Primo dicit. Hacten⁹ id eſt huculq̄ ſufficiat. formam mendacis felicitatis. id eſt falſe. quaȝ ſi perſpicaciter intueris id eſt conſideres. ordo ē. i. reſtat monſtrare deinceps id eſt poſtea que ſit vera felicitas. Et dicit Boetius Ego video nec opibus ſufficientiam poſſe contingere. nec regnis potentiam. nec dignitatibus reuerentiam. nec celebritati gloriam. nec leticiam voluptatibus que tamen vi

dentur promittere. ꝛ ſic falſa felicitas eſt in eis. Et dicit phia. Nunqͥd tu deprehendiſti cauſas cur ita ſit. Et dicit Boetius. Ergo videor intueri id eſt cognoſcere tenui rimula. q. d. nō plene ſed imperfecte video illas cauſas ſed apertius cognoſcere mallē id eſt magis vellem ex te Et dicit phia. Atqui pro certe ratio .i. cā falſe felicitatis promptiſſima eſt ¶ Nota ꝙ falſa felicitas dr̄ mendax ex eo ꝙ non adimplet quod promittit. Diuitie eñ promittunt ſufficientiam. reuerentiam. quaꝫ nō conferunt ſicut patet ex predictis ¶ Nota ꝙ cognitio falſe felicitatis vtilis eſt. quia cognitio mali expediens eſt ad cautelā ſm̄ Alanum in de plāctu nature. qꝛ malū non vitatur niſi cognitū ꝛ quia noticia mali ducit in cognitionē boni. per oppoſitū igitur vult phia primo aſſignare cauſas falſe felicitatis. ꝛ tunc oſtendere que ſit vera felicitas

¶ Hic phia aſſignat cauſaꝫ falſe felicitatis ꝛ declarans eam oñdit ꝙ ſufficiētia. potētia. ꝛ reuerentia. gloria ꝛ leticia ſint vnum in re. ſecūdo oñdit quō hoīes iſta ſeparant ab inuiceꝫ. ſcōa ibi. Hoc igit̄ quod eſt vnum. Primo dr̄ ꝙ cauſa falſe felicitatꝭ eſt ꝙ error humanus id qđ eſt ſimplex ꝛ indiuiſum natura ſeparat .i. diuidit. ꝛ error humanus traducit a vero bono ꝛ perfecto ad falſum ꝛ ad imperfectū bonū. Et tunc declarat iſtā cām oñdens ꝙ reuerētia. potentia. et omnia talia ſunt vnū et idem in re. ꝛ ꝑmo oñdit potentiam idem eſſe cū ſufficientia. ꝛ dr̄. An tu arbitrarꝭ illud qđ nihilo indigeat illō egere potentia. Et rñdet Boetius. Minime inquam Phia approbat dicens. Recte tu quidem reſpondes. nā ſi qđ eſt qđ valentie imbecillioris .i. potentie debilis in vlla

¶ Quod eñ ſimplex eſt indiuiſumqꝫ natura. id error humanus ſeparat et a vero atqꝫ perfecto ad falſum imperfectumqꝫ traducit. An tu arbitraris quod nihilo indigeat egere potentia. B. Minime inquam. P. Recte tu quidem Nam ſi quid eſt quod in vlla re imbecillioris valentie ſit. in hac preſidio neceſſe eſt egeat alieno. B. Ita ē inquā P. Igitur ſufficientie potentieqꝫ vna eſt eadēqꝫ natura B. Sic videt̄ P. Et vero huiuſmodi ſit ſpernendum ne eſſe cenſes an contra omniū rerum veneratione digniſſimum B. At hoc inquā ne dubitari quideꝫ poteſt P. Addamus igitur ſufficientie potentieqꝫ reuerētiam. vt hec tria vnum eſſe iudicemus. B. Addamus ſi quidem vera volumus confiteri.

ta eſt in aliqua re neceſſe eſt ꝙ hoc egeat alieno preſidio. Et dicit Boe-
tius Ita eſt inquã. Concludit ergo phia di. Igitur vna ⁊ eadem eſt na
tura ſufficientie ⁊ potentie. ⁊ dt Boetius.ſic videtur. Tunc oſtẽdit di-
gnitatem eſſe eandem cum predictis dicens. Quod vero hmõi eſt ſciꝫ
ſufficiens et potens nunqd illud cenſes id eſt iudicas ſpernendũ tanq̃
indignum. an contra nõ ſpernendũ ſed digniſſimum omni veneratione.
Rñdit Boetius Non p̃t dubitari quin hoc ſit digniſſimũ omi venera-
tione. Et phia. addamus ꝙ̃ ſufficientie ⁊. potẽtie reuerentiã ꝙ hec tria
vnũ iudicemus. Et dicit Boetius Addamus ꝙ̃ ſi volumus vera cõ-
fiteri ¶ Notandũ ꝙ potentia eadem eſt ſufficientia. ꝙ em̃ aliquid
omnino ſit ſufficiens ita ꝙ nullius egeat ⁊ tñ careat potentia. contradic
tionem includit. ſi careret potentia reſpectu alicuius poſſibilis non eſſet
omnino ſibi ſufficiens ¶ Notandũ cuicũq͡ʒ ineſt ſumma ſufficiẽtia
et ſumma potentia. eidem ineſt ⁊ ſumma reuerentia. Inquantum em̃ ali
quid habet rõnem principij intantum eſt dignum reuerentia. vñ filij re
uerentur patres quia ſunt principium eſſe eoꝝ. ⁊ ſerui dominos. qꝛ ſunt
principia ſeruoꝝ in mandato mouentia eos per imperium. ⁊ reueremur
viros virtuoſos quia ſunt principia gubernantia vitam politicam po-
tentia autem dicit rõnem principij. vnde illud eſt maxime principiuꝫ qđ
eſt potentiſſimum. ⁊ ideo tale reuerendiſſimum.

P. Quid vero inquit obſcurũ ne hoc
atq͡ʒ ignobile cenſes eſſe. an omni ce-
lebritate clariſſimum Conſidera ve-
ro ne qđ nihilo indigere qđ potentiſſi
muꝫ. quod honore digniſſimum eſſe
cõceſſum eſt. egere claritudine quam
ſibi preſtare non poſſit. atq͡ʒ ob id ali
qua ex parte videatur abiectius. B.
Non poſſum inquaꝫ quin hoc vti eſt
ita etiam celeberrimũ eſſe cõfitear P.
Conſequens igitur eſt vt claritudinẽ
ſuperioribus tribus nihil differre fa-
teamur. B. Conſequitur inquam. P.
Quod igitur nullius egeat alienũ qđ
ſuis cuncta viribus poſſit. quod ſit

¶ Hic oñdit p̃dictꝭ
eſſe annexã glãm ⁊ leti-
ciam dicẽs Quid vero
iudicas. Illđ qđ eſt ſuf
ficiẽtiſſimũ. potẽtiſſimũ
reuerendiſſimũ. eſt ne h̃
obſcurũ ⁊ ignobile. vel
eſt clariſſimũ omni cele-
britate, id eſt glia. Rñ-
det Boetius. ego confi
teor illud eſſe celeberri-
mũ. id eſt glorioſiſſimũ. ſi-
cut eſt Tunc phia ꝯclu
dit dicens Conſequens
igit̃ ẽ vt fateamur clari
tudinem id eſt glãm ni-
hil differre a trib' ſuperi
oribus. Et dicit Boe-
tius Conſequenter in-
q̃. Tũc oñdit ideꝫ de le
ticia dicẽs. Illud quod
nullius alieni egeat ⁊ qđ
cuncta ſuis virib' poſſit
qđ eſt reuerendũ ⁊ claꝝ
nõne hoc eſt letiſſimum

Rñdet Boetius. non possum cogitare vñ tali vll⁹ meroꝛ obꝛepat. i. intret. Tunc concludit phia dicens. Si supioꝛa manebunt vera necesse est illud plenū esse leticie ꝑ eadem concessa necesse est esse nomīa diuersa sufficientie. potentie. claritudinis. reuerentie. et iucūditatis. sed substantiam eoꝝ nullo modo discrepare. qd concedēs Boetius dicit. Necesse est inq̄z.

¶ Notandū ꝙ omnes creature comparantur ad deū sicut effectus ad suam causam. ⁊ quia noticia cuiuslibet cause relucet in suo effectu necesse est ipsius dei habere noticiā ꝑ effectum et noticiā cū laude. q2 effectus dei repñtant ipm sub rōne bonitatis ⁊ ꝑfectionis q̄ est materia laudis. cū igit̃ gl'a sit clara cuȝ laude noticia necc̄ ē principiū oīm reꝝ qd est sufficiētissimū. potētissimū. ⁊ reuerēdissimū. etiam esse gl'osissimū ¶ Notandū ꝙ sufficientissimo nullū bonū deest. et tale hȝ appetitū quietatū in bono adepto. q̄es aūt appetitus in bono adepto est leticia. g̃ bonū sufficientissimū etiā est letissimū ¶ Nota ꝙ oīa ista sufficiētia. poña. reuerētia. gl'a ⁊ leticia. sunt vnū in substātia. non at̄ sunt vnū in suba sicut aggregatū ex diuersis reb. tūc eñ esset ibi ꝯpositio qd repugnat potētissimo ⁊ dignissimo eo ꝙ simpliciora digniora st̄ ꝯpositis. sed de hoc postea melius patebit.

clarū atq3 reuerendū. nonne hoc etiā constat esse letissimuȝ. B. Sed vnde huic inq̄z tali meroꝛ vll⁹ obꝛepat. nec cogitare q̄dem possuȝ. P. Quare plenū esse leticie siq̄dem superioꝛa manebunt necesse est cōfiteri Atqui illud q̄ q3 ꝑ eadē necessariū est sufficientie. potentie. claritudinis. reuerētie. iucūditatis nomina quidē ēē diuersa: nullo modo vero discrepare substantiā. B. Necesse est inq̄z

Hic phia oñdit q̄liter hoies illud qd est vnuȝ re diuidūt. scdo mouet dubitatōem. ibi: Quid igit̃ inq̄z. Primo ostēdit qño hoies diuidūt illud qd est vnuȝ. ⁊ dt. Illud qd est vnū ⁊ simplex natura illud dispertit. i. diuidit prauitas humana. i. prauus erroꝛ hoīm q̄rendo vnum sine alio et dum hoies conant̃. i. laboꝛant adipisci ꝑtem rei que ꝑtibus caret. hō

P. Hoc igit̃ qd est vnū simplexq3 natura. prauitas humana dispꝛtit Et dū rei que partibus caret. partem conatur adipisci nec poꝛtionem que nulla est. nec ipsam quam minime affectat. assequitur. B. Quo nam inquaȝ modo. P. Qui diuitias inquit petit. penurie fuga: de potentia nihil laboꝛat vilis obscurusq3 esse mauult.

# Proſa nona

Multas etiam ſibi naturales quoqꝫ ſubtrahit voluptates ne pecuniã quã parauit amittat. Sed hoc modo nec ſufficientia quidem contingit ei quem valentia deſerit. quem moleſtia pũgit quem vtilitas abijcit. quem recondit obſcuritas Qui vero ſolũ poſſe deſiderat. profligat opes. deſpicit voluptates. honoremqꝫ potentia carentem glãm quoqꝫ nihilipendit. Sed hunc quoqꝫ ꝙ multa deficiant vides. Fit enĩ vt aliqñ neccãrijs egeat. vt anxietatibus mordeatᷣ Cumqꝫ hec depellere nequeat. etiam id quod maxime petebat potens eſſe deſiſtat Similiter ratiocinari de honoribꝫ. gloria voluptatibꝫ licet Nam cum vnũquodqꝫ horꝫ idem eſt qđ cetera ſit. quiſqꝫ horum aliquid ſine ceteris petit. nec illud quidem quod deſiderat apprehendit

nõ aſſeqtᷣ vllam portionẽ. i. ptem. nec ipam rẽ integram quaꝫ affectat Et querit boeti⁹ Quõ modo diuidunt hoies iſta Dicit phia qui petit diuitias ꝓpter fugaꝫ penurie. i. cauſa ſufficientie nihil laborat de potentia ſed mauult. i. magꝭ vult eſſe vilis. i. indign⁹ ⁊ obſcurus. i. inglorius. ⁊ ita nihil curat de dignitate ⁊ gloria. talis etꝭ ſubtrahit ſibi multas voluptates naturales ne amittat pecuniam quã parauit. i. lucratus eſt. Sed hoc modo ne ſufficiẽtia ꝯtingit ei quem valentia. i. potẽtia deſerit quẽ moleſtia pungit. quẽ vtilitas. i. reuerẽtia abijci quem obſcuritas. i. infamia recondit. q. d. non Tũc oñdit idem de potentia dicens Qui ꝓ ſolum deſiderat poſſe. i. potentiam ille profligat id eſt diſpgit opes. deſpicit voluptates ⁊ honorem carentem potentia. ⁊ nihilipendit gloriã. ſꝫ vides ꝙ multa huic deficiant Fit enĩ aliquãdo vt talis egeat neccãrijs. vt mordeatᷣ anxietatibus Et cum nequeat iſta depellere etiã illud qđ maxime petebat deſiſtit eẽ potens Similiter licet ratiocinari de alijs tribus ſcꝫ de honoribus. de gloria. de voluptatibus. ſicut de predictis duobus. nam cũ vnũquodqꝫ horum pfecte acceptum ſit idem quod cetera vt declaratũ eſt. quiſquis petit aliquid horum ſine ceteris non apprehendit illud quod deſiderat

¶ Notandum qui querit partem rei indiuiſibilis partem non inueniet nec ipſam rem cuius partem querit. quia in rerum natura indiuiſibile partem non habet. cum igitur predicta quinqꝫ ſcꝫ ſufficientia. reuerẽtia ⁊c. ex parte rei ſint vnũ ⁊ indiuiſibilia. licet differant nominibus. qui querit vnum ſine alio non inueniet

¶ Notãdũ ꝙ iſta quinq; ꝑut inueniunt̃ iu rebus ſenſibilibus in quibus hñt eſſe mõ impfecto ⁊ diminuto. ſic vnũ inueniť ſine alio In q̃tum aũt accipiunt̃ ſm eſſe ꝑfectũ ⁊ ſm eſſe ſummũ ꝑut inueniunt̃ in beatitudine. ſic ſunt idem indiuiſibiliter ⁊ vnũ nõ inuenitur ſine alio. q̃ ſumma ſufficientia eſt beatitudo. ſumma reuerẽtia ẽ beatitudo. ſumma potẽtia eſt btitudo. ⁊c̃ĳs ¶ Notandũ ꝙ q̃ hõ naturaliter deſiderat btitudinẽ tũc vnũqꝺq; ꝑdictoꝝ quinq; deſiderat ſm ꝙ ſpectat ad btitudinẽ hoc aũt eſt ſm eẽ ꝑfectũ inq̃tum eadẽ ſunt btitudini. ⁊ q̃ btitudo cũ ſit deus eſt indiuiſibilis. oĩa quinq; ꝑdicta ſtꝫ vnũ indiuiſibiliter. Ex quo patet ꝙ q̃ hoĩes querunt iſta ſm ꝙ impfecta inquantũ ſunt in ſenſibilibus. ⁊ tamen deſiderant ea ſm perfectionem. ideo homines non aſſequuntur per ea quod deſiderant.

B. Quid igitur inq̃ Si quis cuncta ſimul cupiat adipiſci. ſummã quidem ille beatitudinis velit. Sed num in his eã reperiet. que demonſtrauimus id quod pllicentur non poſſe conferre B. Minime inquam. P. In his igiť que ſingula quedam expetendorum preſtare creduntur: beatitudo nullo modo inueſtiganda eſt. B. Fateor inquam. ⁊ hoc nihil dici verius poteſt

¶ Hic pħia mouet dubitationẽ. q̃ dictũ eſt iã ꝙ hõ querendo ſingulũ hoꝝ diuiſim ipſe fruſtratur beatitudine. ꝑt ergo dubitari vtrum querendo oĩa ſimul querať beatitudo. Dicit ḡ Boetius in lr̃a. Quid igiť inq̃. q. d. licet non querať btitudo. querendo vnũ qꝺq; diuiſim. quid igiť ſiquis cũcta ſimul cupiat adipiſci. nunquid ille velit ſummã beatitudinis. nunquid beatitudinem reperiet in his bonis que demõſtrauim⁹ non poſſe conferre. quod pollicentur id eſt promittũt Et reſpondet Boetius Minime inq̃. Concludit ergo philoſophia dicens. In his ergo nullo modo eſt inueſtiganda beatitudo que creduntur preſtare ſingula expetendorum id eſt deſiderandorum. quod Boetius concedit dicens. Quod fateor id eſt affirmo inq̃ ita eſſe. ⁊ hoc nihil verius dici poteſt ]

¶ Notandum ſi aliquis querit omnia quinq; ille querit beatitudinem in vniuerſali. ſed errat in particulari querendo eam in iſtis temporalibus bonis in quibus non inuenitur. non eñ ſumma ſufficientia nec potentia inuenitur in eis. ⁊ ſic patet ꝙ querẽs vnum illorum vel omnia ſimul ſcðm ꝙ inueniuntur in rebus ſenſibilibus. cum habeãt eſſe in eis modo imperfecto non conſequitur beatitudinem. querens autem vnum iſtorum ſcðm eſſe perfectum cũ omnia ſint vnum indiuiſibiliter. omnia querit ⁊ querit beatitudinem

Sequitur proſa.

# Proſa nona

¶ Poſtq̄ philoſophia aſſignauit cauſam falſe felicitatis. hic oſtendit que ſit vera felicitas Scdo oñdit in quo ſit ꝯſtituta. ibi Qm̄ igitur agnouiſti.

¶ P. Habes igitur inquit ⁊ formam falſe felicitatis ⁊ cauſas Deflecte nūc in aduerſum mētis intuitum Ibi em̄ veram quam ꝓmiſimus ſtatim videbis. B. Atqui hec inquam vel ceco ꝑſpicua eſt. eamq; tu pauloante monſtraſti. dū falſe cās aperire conabaris Nam niſi fallor ea vera eſt ⁊ ꝑfecta felicitas que ſufficientē. potentem. reuerendum. celebrem. letūq; ꝑficiat Atq; vt me interiꝰ aīaduertiſſe cognoſcas que vnū bonū qm̄ idem cūcta ſunt veraciter preſtare poteſt hanc eſſe plenā beatitudinem ſine ambiguitate cognoſco. P. O te alumne hac opinione felicem ſentio ſiquidē hoc inquit adieceris B. Quidnā inq̄. P. Eſſe ne aliquid in his mortalibꝫ caducisq; rebꝫ putas quod hmōi ſtatū poſſit afferre B. Minime inq̄ puto Idq; a te nihil vt amplius deſidereť oſtenſum eſt P. Hec igiť vel imagines veri boni vel impfecta quedā dare bona mortalibꝫ videnť. Verū aūt atq; ꝑfectū bonū conferre nō poſſunt: B. Aſſentior inquam.

Primo phīa dicit. Habes igiť iam cauſas ⁊ formam falſe felicitatis. nūc deflecte intuitum mētis tue in aduerſum. i. in contrarium falſe felicitatis hoc ē ad veram felicitatē ibi ſtatī videbis veram felicitatem quā ꝓmiſimus Et dicit Boetius. Atqui pro certe vera beatitudo ꝑſpicua id eſt eſt manifeſta ex dictis. etiā homini ceco. q. d. tam manifeſta eſt vera beatitudo ex dictis q etiā ceco ſi aliq̄d poſſet videre pateret. ⁊ tu pauloāte mōſtraſti eam ſupple veram felicitatem dum conabaris aperire id eſt declarare cauſas falſe felicitatis. Et dicit Boetius. Niſi ego fallor ea eſt vera ⁊ perfecta felicitas que perficiat ſufficientem. potentem ⁊ reuerendum. celebrem ⁊ letum. Ut etiam tu philoſophia cognoſcas me Boetium interius id ē plenius animaduertiſſe que ſit ṽa felicitas. ego ſine ambiguitate cognoſco hanc plenam beatitudinem que vnum horum ſcilicet predictorum veraciter poteſt preſtare quoniam idem cuncta ſunt. Et dt phīa q̄ſi

congratulando Boetio. O alumne hac opinione te felicem ſupple dico ſiquidem hoc adieceris ſupple qd̄ mō dicā Et dt Boetius Quidā di cam Dicit phia Putaſne aliquid eē in his reb⁊ mortalib⁊ ⁊ caducis.i. tranſitorijs qd̄ poſſit afferre.i.dare hmōi ſtatū Rn̄det Boetius Nini me puto Et illud oſtēſum eſt a te vt nihil āpli⁹ diſcederet beatitudine Concludit ḡ phia dicens Hec igit̃ ſcꝫ ſufficientia. reuerentia.⁊c̄.que in rebus caducis inueniunt̃ vel ſunt imagines.i. ſimilitudines veri boni et vident̃ clare mortalibus imꝑfecta bona. verū aūt ⁊ ꝑfectū bonū ꝯferre nō pn̄t Et dt Boeti⁹ Aſſentior inq̄ꝫ ¶ Nota ſufficientia iꝑfecta que ꝯſideraẛ in reb⁊ tꝑalib⁊ non eſt vera ſufficientia ſed tm̄ ſilitudinaria Sufficientia aūt ꝑfecta includit oīa alia quatuor ⁊ ſingulū alioꝝ quatuor ꝑfecte alia includit.⁊ ideo illud qd̄ dat vnū perfectū dat oīa.ſed illud qd̄ dat oīa facit vere ꝑfectum.ḡ dt Boetius Illud qd̄ poteſt veraciter vnū ꝯferre illud cognoſco eſſe beatitudinē Item aſſentior eſt verbū deponentale ⁊ idem ſignificat cū verbo neutrali quod eſt aſſentio.

¶ Hic oſtēdit phia in quo vera felicitas ſit cōſtitura Et ꝑmo tangit ordinē huius partis ad precedentia.⁊ docet diuinū auxilium eē implorandū vt cognoſcaẛ in quo ſit vera beatitudo. Scd̄o inuocat diuinū auxilium. tercio oſtēdit intētum .in quo ſit vera beatitudo.ſcd̄a.ibi. O qui perpetua, tercia ibi. Qm igit̃. Primo dicit phia O boeti qm̄ agnouiſti que ſit illa ꝟa beatitudo. ⁊ agnouiſti q̄ mētiant̃ beatitudinē: nunc ſupeſt vt agnoſcas . vn̄ illam veram beatitudinem petere poſſis . Et dicit Boetius Illud iā dudum a te vehemēter expecto. Et dicit phia

P. Qm̄ igit̃ agnouiſti que ꝟa illa ſit que aūt beatitudinē mentiantur: nūc ſupereſt vt vnde veram hanc petere poſſis agnoſcas. B. Jd quidem inq̄ꝫ iādudū vehementer expecto. P. Sꝫ cum vti in Thimeo platoni inq̄t nr̄o placet in minimis quoq; rebus diuinum p̄ſidium debeat implorari. quid nunc faciendū cenſes vt illius ſummi boni ſedē reperire mereamur. B. Jnuocandum inq̄ꝫ reꝝ oīm patrem quo p̄termiſſo nullū rite fundaẛ exordiuꝫ P. Recte inq̄t. ac ſil' ita modulata eſt

Cum diuinū auxilium in minimis rebus debeat implorari (ſicut placet Platoni nr̄o in Thimeo) quid nūc cenſes faciendū ſupple in tā arduo negocio Rn̄det boetius Inuocandū ſupple cenſeo.patrē oīm rerum ſcꝫ deū.ſine quo nullū exordiū rite fundaẛ.qd̄ approbat.phia dicens Recte tu inquit cenſes.⁊ ſimul ſine interuallo phia ita modulata eſt.i.ꝓpoſuit inuocationem dei metrica modulatione ¶ Nota ꝙ in oīb⁊ diuinū

# Metrũ nonũ

auxilium eſt implorandũ. qꝛ deus eſt q̄ diuitias ſue ſapiẽtie influit in aſ
mas ſapientũ. ⁊ tribuit ſtudẽtib⁹ grãm ꝯgnoſcẽdi. cui nihil eſt difficile
et ſine q̄ nihil poſſibile eſt poſſideri. Ita ſcribit in ꝓlogo de regimĩe pnci
pum. ⁊ om̄e datum optimũ ⁊ om̄e donũ ꝑfectũ deſurſum eſt deſcẽdens
a prẽ luminu͡ꝫ vt dꝛ alia ſcriptura. Et dꝛ beatus Auguſtinus Nemo
tam eruditus. nemo tã doctus q̄ ſupna illuſtratõe nõ indigeat. Et bea
tus Aug̃. Niſi intus ſit q̄ doceat. inuanũ lingua doctoris laborat. Iõ
phĩa volens oñdere in quo ſit vera beatitudo. inuocat diuinũ auxilium
quo p̃termiſſo nullum rite fundatur exordium

¶ Iſtud eſt metrũ nonũ tercij qđ dꝛ homerricu͡ꝫ ab inuentore. q̄a
homerus ipſum adinuenit. ⁊ dꝛ heroicum a materia. qꝛ geſta herorũ id
eſt viroꝝ illuſtrium hoc metro deſcribebant. ⁊ dꝛ dactilicum a pede pre-
dominãte. hexametrũ a numero pedum. qꝛ conſtat ex ſex pedibus. In q̄
metro phĩa inuocat diuinum auxilium ad oſtendendũ in q̄ ſit vera bea-
titudo ⁊ q̃m ad ipm ꝑueniatur. Primo ḡ phĩa captando beniuolẽtiã
dei ipm multiplr̃ ꝯmendat. ſcđo petitõem ſuã exprimit ibi. Da pr̃. Cir
ca primũ ſciendũ ꝙ tria
reqrunt ad petitionẽ ex-
audiendã. Primo reqri
tur potentia exaudiẽdi.
Scđo voluntas. Tercio
ſcientia. De p̄mis duo
bus dr̃ in q̃rto hui⁹ ꝓſa
.ij. Duo ſunt in q̄bus
oĩs humanoꝝ actuũ ef-
fectus cõſiſtit. voluntas

## Metrũ nonũ tercij libri

O Qui ꝑpetua mũdũ rõe gubernas.
Terraꝝ celiqꝫ ſator. q̄ tp̄s ab euo
Ire iubes ſtabiliſqꝫ manens das cũ-
cta moueri

et ptãs. quoꝝ ſi alteꝝ deſit nihil eſt qđ explicare queat. De ſcia pꝫ. q̄a ſi-
ne ea nihil rõnabiliter geritur Volens ḡ phĩa oñdere ꝙ deus poſſit ve
lit ⁊ ſciat exaudire ſuã petitõem oñdit ipm eſſe potentẽ ex mundi guber
natione. ex celi ⁊ terre creatione. ex tp̄is ꝓductione Scđo oñdit ipm vo
lentem ſiue beniuolum ex ſui bonitate ⁊ clementia qua produxit cuncta.
Tercio oñdit ipm eẽ ſapientẽ ex quadã effectuũ ſpecialiu͡ꝫ ꝓductiõe. ſe-
cũda ibi. Quem nõ externe. tercia ibi. Tu numeris. Primo dꝛ O pa-
ter q̄ gubernas mũdum ꝑpetua rõne id eſt ꝑpetua ꝓuidentia tua. q̄ es
ſator id eſt creator terrarum ⁊ celi. q̄ iubes tp̄us ire. i. pcedere ab euo. i. a
ꝑpetua tua duratione tu manẽs ſtabilis. i. immutabilis. das. i. facis cũ
cta moueri ¶ Notandũ ꝙ iſta tota lr̃a. O q̄ ꝑpetua. vſqꝫ ad illaꝫ ꝑ
tem. Da pater. debet legi ſuſpenſiue. ⁊ põt o hic teneri vocatiue admi-
ratiue vel deprecatiue. ¶ Notandũ ꝙ gubernare eſt res indebitu͡ꝫ
ſui finem ordinare. qđ ſpectat ad diuinã bonitatẽ. regit aũt prima cauſa
omnes res preter hoc ꝙ ꝯmiſceatur cum eis influendo ſuper eas virtu
tem vite ⁊ bonitatis ſm auctorẽ libri de cauſis. ¶ Notandum ꝙ
mđs ſm Ariſ. in libro de celo ⁊ mđo eſt ꝯſtitut⁹ ex celo ⁊ terra ⁊ natu-
ris q̄ in eis ſunt. quẽ mundũ de⁹ gubernat ꝑpetua rõe. i. ſua ꝓuidentia. ꝑ
petua que non eſt tranſitoria ſicut prouidentia humana. ſed permanet.

duratione infinita ¶ Notandũ ſicut aliq̄s dr̃ ſator q̄ ſemina plantaꝝ ⁊ arboꝝ ꝓducit. ſic deus dr̃ ſator inq̄ntũ celũ ⁊ terrã creauit ⁊ ꝓduxit. Per celũ aũt ⁊ terrã etiã intelligunt̃ elemẽta q̄ ſunt in medio. dr̃ aũt terraꝝ ponẽdo numeꝝ pluralẽ ꝓ ſingulari ꝑ antithesim ¶ Notandũ ꝙ tp̄s eſt duratio ſucceſſiua cũ ſit numerus motus ſm̃ ꝑus ⁊ poſterius. ex. iiij. phicoꝝ q̄ duratio differt ab euo. Ubi notandũ ꝙ euũ ẽ duratio ꝑmanẽs tota ſil̃ nullã hñs ſucceſſionẽ vel mutabilitatẽ annexã. et eſt idẽ ꝙ eternitas q̄ eſt ꝓpria duratio dei ſm̃ quaꝫ deus eſt cã tpis: ſicut eñ deus ꝑ ſuũ eſſe eſt cã cuiuſlibet eſſe. ⁊ ꝑ ſuã bonitatẽ eſt cã cuiuſlibet boni. ita ꝑ ſuã durationẽ eſt cã cuiuſlibet durationis ¶ Notandũ ꝙ deus eſt ſtabilis. i. immutabilis qꝛ nulla ſpẽ motus mouet̃. nõ gñatione ⁊ corruptione cũ ſit ingenerabilis ⁊ incorruptibilis. nec augmentatione ⁊ diminutõe cũ nõ ſit q̄ntus. nõ alteratione nec loci mutatione cũ ſit impꝑtibilis. Et ꝓbat Areſto. viij. phiſ. ex ordine mouentiũ ⁊ mobiliũ ꝙ neceſſe eſt deuenire ad aliq̄d primũ oĩno immobile. ⁊ ꝑ ſe ⁊ ꝑ accidens

¶ Notandũ ꝙ oĩa a p̄mo ſunt mutabilia vel ſm̃ ẽe vel ſm̃ operatõẽ Si ſm̃ eſſe hoc eſt dupl'r. vel ſm̃ eſſe ſubſtantiale ſicut entia gñabilia et corruptibilia. vel ſm̃ eſſe accñtale ſicut corꝑa celeſtia q̄ licet non mutent̃ generatione ⁊ corruptõne. tñ mutant̃ ſm̃ eſſe locale. Si aũt eſt mutatio ſm̃ oꝑationẽ. ſic intelligẽtie ſunt mutabiles. qꝛ in ipis eſt ſucceſſio intellectionũ. licet q̄ nõ mutent̃ q̄ ad eſſe tñ q̄ ad oꝑationeꝫ. Aliter exponitur. Stabiliſq̄ꝫ manẽs das cũcta moueri. vel oĩbꝫ ſpẽbꝫ motuũ vel aliq̄bus ſpẽbꝫ motꝰ. accipiẽdo motũ ſtricte vel large. Aliter exponitur. Stabiliſq̄ꝫ manens das cuncta moueri. non ꝙ oĩa moueantur. ſed q̄cquid mouetur te dante mouet̃ ⁊ ſimile genus loquutionis. habet̃ Johãnis p̄mo Illuminat oẽm hoĩem venientẽ in hunc mundũ. nõ ꝙ oẽs ſil̃ illuminentur. ſed oẽs q̄ illuminant̃ a deo illuminantur

Quẽ nõ externe pepulerũt fingere cãe
Matie fluitãtꝫ opus. veꝝ inſita ſũmi
Forma boni liuore carens. tu cuncta ſuperno
Ducis ab exemplo. pulchꝛũ pulcherrimus ipſe
Mundũ mente gerens ſimiliq̄ꝫ imagine formans
Perfcãſq̄ꝫ iubẽs ꝑfcm̃ abſoluere ꝑtes

¶ Hic phĩa oñdit deũ eſſe beniuolũ ex bonitate clementie q̄ oĩa ꝓduxit. ⁊ dr̃. Quem. ſ. deum externe. i. extrinſece cauſe non pepulerunt. i. non coegerũt fingere. i. componere opus. i. creaturã fluitãtis materie q̄ fluit de eſſe ad non eſſe. ⁊ ecõuerſo. de non eſſe ad eſſe forme. veꝝ pro ſed. inſita. i. intrinſeca. forma ſũmi boni. id eſt ſũme tue bonitatis. ſcꝫ pepulit te fingere opus fluitatis materie. O pater tu ducis id eſt producis cũcta. exemplo ſuperno id eſt ab exemplari perpetuo Tu ipẽ pulcherrimus ab omni deformitate elongatus gerẽs mẽte id ẽ mẽoria plenũ mundũ ſeu pulchꝛꝝ mundũ. ſ. architipũ ⁊ formãs. i. ꝓdu

# Metrum nonū

cens ip̄m mundū ſenſibilē ſimili imagine ſicut ꝑfuit in mēte tua. ⁊ tu ſu-
bes mundū ꝑfectū .i. ꝑfecte ꝓductū abſoluere id eſt abſolutū tenere ſine
defectu alicuius ꝑfectas ptes. i. elementa ⁊ elemētata q̄ ſpectant ad in-
tegritatem mūdi. ¶ Notandū ꝙ omne qđ neceſſitatur a cā extrinſe-
ca neceſſitatur ab efficiente vel a fine. q2 non ſunt plures cauſe extrinſe-
ce. Efficiens aūt neceſſitat dupl'r. vel violentiam inferendo vt ꝓijciēs
lapidem ſurſum. vel aliq̄d ꝯferendo q̄ naturaliter moueatur. ſicut gene
rās dans formā leuitatis mouet ignē ſurſum de neceſſitate nature de9
aūt nō neceſſitat ab efficiēte p̄mo mō ſcꝫ neceſſitate nature: cū nihil ſit po
tentius eo nec neceſſitate ſcđo mō cū nihil ab alio recipiat. nec etiā neceſ
ſitatur neceſſitate finis. q2 qđ neceſſitatur ab alio tanq̄ꝫ a fine ꝯparatur
ad ip̄m ſicut imperfectum ad perfectum. eo ꝙ finis eſt bonum ⁊ ꝑfectio
illius quod eſt ad finem. deus aūt a nullo extrinſeco perficitur.

¶ Notandū ꝙ ſola bonitas diuina coegit ip̄m ad ꝓducendū op9
fluitātis materie. nō aūt coegit ip̄m neceſſitādo ſed libere mouendo.

¶ Notandū ꝙ inuidia facit ꝙ aliq̄s bonū alteri nō cōicat. q2 inui-
dia eſt triſticia de bono alterius. Et q2 talis inuidia in deo nō eſt ideo
ſummam bonitatem ꝑ creatōem alijs cōicauit: Unde dr̄ Plato in Ti
meo Ab optimo inuidia longe relegata eſt. ⁊ ꝑ p̄ns ſibi diſſimilis ꝑuę
naturaliter cuiuſq̄ꝫ capax btitudinis eſſe poterat. efficiq̄ꝫ voluerit

¶ Notandū ꝙ ſicut in agentib9 ꝑ naturā forma rei fiēde preexiſtit
in agente ſm̄ eſſe reale. ſic in agentib9 ſm̄ intellectū forma rei ꝓducende
p̄exiſtit ſm̄ eſſe intellectuale. Sicut artifex volēs ꝓducere domū oportꝫ
formā domus p̄mo in mēte p̄exiſtere tanq̄ꝫ exēplar ad cui9 imitationeꝫ
faciat domū in materia. cū igit̄ deus ſit agens ꝑ intellectū ꝓducēs mun
dum ip̄e ꝑhabuit in mēte ſua exemplar mūdi ⁊ oīm ptiuꝫ eius. ad cui9
imitatiōnē ꝓduxit mundum ad extra. q̄ mūdus in mēte diuina preexi-
ſtens dr̄ architypus. ab archos qđ eſt princeps ⁊ typos ſilitudo quaſi
p̄ncipalis ſilitudo cui9 imago dr̄ eſſe mūdus ſenſibilis

¶ Hic ph̄ia ꝯmendat deū ex pte ſapiētie q̄ ad ſpecialiū effectuū ꝓ
ductionē. Et p̄mo ex ꝓductōe elementoꝝ. ſcđo ex ꝓductione aīe mūdi.
tercio ex ꝓductiōe aīaꝝ noſtraꝝ. ſcđa ibi. Tu tri plicis. tercia ibi Tu cau ſis.

Tu numeris elementa ligas vt frigora flammis
Arida ꝯueniāt liq̄dis. ne purior ignis
Euolet. aut merſas deducant pondera terras.

Primo dr̄. O pater tu ligas elemēta nume- ris. i. ꝓportionib9 nume ralib9 vt elementa frigi da ꝯueniāt. i. cōcordēt flāmis. i. calidis elemē tis ⁊ arida id eſt ſicca elementa ꝯueniant liquidis. i. humidis. elemen-
tis ne ignis purior inter elemēta euolet. i. exeat ſperā ſuā magis aſcen-
dendo. ⁊ ne pōdera. i. ḡuitates deducāt. i. mag' deorſuꝫ ducāt t'ras mer
ſas. i. dep̄ſſas ¶ Notandū ꝙ elemēta h̄ñt ꝓportionē numeralem inter
ſe. ſicut eni duo numeri quadrati ꝯueniūt in vno numero medio ꝓporti-
onali. ſic duo elemēta ꝯtraria duab9 qualitatib9 ꝯueniūt in vno elemen

in medio ꝓportionabili vtriqꝫ. Exēpli grā. Numerus q̄dratus eſt q̄ cōſtat ex ductu ſuīp̄ius in ſeip̄m. dicēdo bis duo ter tria. bis duo in q̄ternariū et ter tria in nouenariū. ⁊ accipe vnū numeꝝ medium ꝓportionabilē. ſ. ſenariū q̄ ſm eandē ꝓportionē excedit q̄tuor in q̄ excedit᷑ a nouē. ſicꝫ em̄ nouem ꝯtinent ſex ⁊ mediā ꝑtem ſex. ita ſex ꝯtinent q̄tuor ⁊ mediaꝫ ꝑtem q̄tuor. Sic ſil'r eſt in elemētis. Nā ignis ⁊ aq̄ in duabꝫ q̄litatibꝫ ꝯtrariā tur. ignis em̄ eſt calidus ⁊ ſiccus. aqua frigida ⁊ humida. ⁊ colligantur vno medio. ſ. aere q̄ ꝯuenit cū igne in caliditate ⁊ cū aq̄ in humiditate. ſimil'r eſt de aere ⁊ terra reſpectu aque. Scd̄m hanc ſententiā lr̄a ſic exponat᷑. Tu ligas elemēta numeris. i. ꝓportionibꝫ numeralibꝫ. vt frigida. i. aque q̄ frigide ſunt ꝯueniant flām̄is. i. ignibꝫ q̄ calidi ſunt. ꝑ vnū elemētū mediū qđ eſt aer. ⁊ arida. i. terre que aride ſunt ꝯueniant liq̄dis. i. ꝑtibus aeris q̄ humide ſunt ꝑ elementū mediū qđ eſt aqua

Tu triplicꝫ mediū nature ꝯcta mouētē
Connectēs aīam ꝑ conſona membra
reſoluis
Que cum ſecta duos motum glome
rauit in orbes
In ſemet reditᷓ meat mēteqꝫ ꝓfundā
Circuit. ⁊ ſil'i ꝯuertit imagine celum

¶ Hic philoſophia oſtēdit ſapientiā ex oīe mūdi productōe. Ubi ſciendū ꝙ iſta lr̄a cōiter exponitur ad intentōem Platōis in Thymeo. ſꝫ q2 iſta expoſitio eſt difficillima ⁊ modice vtilitatꝫ ego eā pertranſeo ⁊ ponā facilem expōem q̄ ē de mente Areſt. Ad cuius euidentiam eſt notandū ꝙ ꝑ aīam mūdi hic intelligit᷑ intelligētia mouēs orbes q̄ ꝑ motū virtutē ſuā influit inferioribꝫ. ⁊ hec intelligētia đr media inter deū ⁊ aīam humanā. Sicut em̄ in dignitate ⁊ ꝑfectiōe excedit᷑ a deo. ſic ip̄a excedit aīam noſtrā ¶ Notandū ꝙ intelligētia hmōi đr eē triplicis nature ꝓpter tres oꝑationes quas hꝫ. ſ. mouere orbem. intelligere deū. ⁊ intelligere ſeip̄am ¶ Notandū ꝙ orbes celeſtes dicūt᷑ ꝯſona mēbra intelligētie. q2 ꝑ ip̄os tanq̄ꝫ ꝑ organa ⁊ inſtrumēta intelligētia influit inferioribꝫ. Licet em̄ intelligētia p̄ma intentiōe moueat ꝓpter ſe. tn̄ ſcđa mouet ꝓpter inferiora. Hiis p̄miſſis lr̄a plana erit. Un̄ đr ſic. Tu deus aīam ſuꝑple mūdi q̄ eſt intelligētia mediā ſuꝑple inter deū ⁊ aīam humanā triplicis nature. i. triplicis oꝑationis mouētem cuncta ſuꝑple inferiora ꝑ influxū illā tu ꝯnectens reſoluis. i. diſtinguis eā ꝑ ꝯſona mēbra. i. ꝑ ꝯuenientes orbes. q̄ aīa cū ſecta. i. diuiſa q̄ꝫtum ad oꝑatiōes glomerauit. i. imp̄ſſit motū in duos orbes ſuꝑple. in orbē primi mobilis ⁊ in orbē planetaꝝ. ip̄ſa reditura. i. reflexa meat. i. ꝓcedit in ſemetip̄aꝫ ſuꝑple intelligendo qđ eſt vna oꝑatio. ⁊ ip̄ſa circuit mentē ꝓfundā. i. diuinam. deū intelligēdo q̄ eſt alia oꝑatio. ⁊ ip̄ſa ꝯuertit. i. mouet celū ſimili imagīe. id eſt intellectiōe qđ eſt tercia oꝑatio eius ¶ Nota licet corpa celeſtia ſint diuerſa. tn̄ rōe vnitatis pn̄t dici vnū corpus. Sil'r intelligētie lꝫ ſint diuerſe tn̄ pn̄t dici vna intelligētia ꝓpter vnitateꝫ ordinis in operatione mouendi. ergo dicit in ſingulari animam ⁊ non animas

# Metrū nonū

¶ Hic phia commēdat ſapientiā dei ex aiaꝝ noſtraꝝ creatōne dicens. O pr̄ tu prouehis. i. producis aīas hoīm ⁊ miores vitas. i. aīmas brutoꝝ ⁊ plantaꝝ parib⁹ cauſis q̄bus aiaꝫ mūdi ꝓduxiſti. ſcꝫ tu aptās ſublimes. i. aīas rōnales hoīm leuib⁹ curribus. i. celeſtib⁹ ſtellis. tu ſeris eas in celum ⁊ terrā. i. in corpe terreno. q̄s aīas conuerſas reduci igne. i. charitate reducente facis reuerti ad te benigna lege. i. ordinatōe tua ¶ Nota ꝙ aīe beſtiarum ⁊ plantaꝝ dicūtur mīoris vite reſpectu aīme hoīs. eo ꝙ nō habēt tot nec ita ꝑfectas operationes vite ſicut anime hominum

Tu cauſ aīas parib⁹ vitaſq́ʒ minores
Prouehis et leuibus ſublīmes curribus aptans
In celū terrāq́ʒ ſeris. q̄ lege benigna
Ad te ꝯuerſas r̄duci facꝭ igne reuerti

¶ Nota ꝙ ꝑ leues currus ſm̄ intentionē platonicoꝝ intelligit ſtellas ꝯpares currib⁹. Dixerūt eīn platonici ꝙ deus oēs aīas ſimul creauerit et ſemiauerit eas in celo delegēdo eas ſtellis ꝯparib⁹ a q̄b⁹ poſtea dilabunt in corpa. ſed hec opinio nō valet ſcꝫ ꝙ oēs aīe ſimul ſint create. immo oī die de nouo creant. ⁊ create corpib⁹ infundunt. Dicūt āt aīe ſeri in celum ꝓpter virtutem celeſtem et qua vnio anime ad corpus contrahit ſuam periodum. licet anima a deo producatur in corpore tū vnio ex parte diſpoſitionuꝫ corporaliū dependet a virtute celeſti. ideo dicit eas ſeri in celum ⁊ terram. quia anime non coaptantur corporibus niſi virtute celeſti. Unde. ij. phiſicorum Homo enim generat hominem ⁊ ſol

¶ Nota ꝙ deus aīas creatas aptat leuib⁹ currib⁹. i. ſtellis comparibus. qđ ſic pt̄ intelligi. q2 aīa creata comparitatē ⁊ ſilitudinem habꝫ cū ſtella. Sicut eīn ſtella eſt nobilior ps ſui orbis et eſt ꝑpetua. ſic anima rōnalis perpetua exn̄s eſt nobilior ps hominis. Ul' ſic pt̄ intelligi ꝙ de⁹ aīas creatas aptat leuib⁹ currib⁹. i. rōni ⁊ intellectui q̄ dicunt currus aīme q2 ducunt hoīem in cognitōem reꝝ quas aīas ſerit in celum ⁊ in terram. q2 aīa rōne ⁊ intellectu habet cognitōem celeſtium. ⁊ terreſtrium

¶ Nota ꝙ ꝑ ignem reducē intelligit ardorē charitatis q̄ hoīeꝫ auerſum a deo viciis facit ipm̄ redire virtutib⁹. niſi cū hō deū amet. ipm̄ nō q̄rit niſi q̄rat nō inueniet. niſi inueniat. ad ipm̄ nō reuertetur

Da pr̄ anguſtā mēti ꝯſcēdere ſedeꝫ
Da fontē luſtrare boni. da luce reperta
In te ꝯſpicuos animi defigere viſus
Diſiice terrene nebulas ⁊ pōdera mol'
Atꝫ tuo ſplēdore mica. tu nāq́ʒ ſerenū
Tu q̄es tranq̄lla piis. te cernere finis
Pricipiū: vector. dux. ſeita. t'min⁹ idē

¶ Poſtq̄ꝫ phia captauit beniuolētiā dei ipſuꝫ mltiplr̄ ꝯmendādo Hic exp̄mit ſuam petitionē dicens. O pr̄ q̄ facis oia p̄dicta da. i. concede menti humane cōſcendere ſedem anguſtam. i. nobilē ſedem ſummi boni. da luſtrare. i. inueſtigādo inuenire fon-

rem boni.i.deum qui eſt fons om̄is boni.da luce reperta.i. cognitiõe p̄ſ habita in te defigere.ſcꝫ per amorem.conſpicuos viſus.i.claros intuit⁹ animi id eſt rõnis ⁊ intellectus.O pater tu diſiĳce id eſt diſperge nebu‑ las.i.obſcuritates ⁊ pondera id eſt grauitates terrene molis id eſt dilec tionis terrene.atqꝫ mica id eſt reſplende tuo ſplendore. Tu namqꝫ es ſe renum quo ſupple om̄ia illuſtrant̄. Tu es tranquilla requies pĳs ſupple mentibus.te cernere id eſt videre eſt finis ſupple oĩm.tu idem exiſtẽs es principium quia origo omniũ rerum.tu es vector quia vehis nos ꝑ gra ciam quo peruenire non poſſumus per naturam.tu es dux ducẽs ab er‑ rore ignorantie.ad veritatem ſapientie.tu es ſemita cum ſis via et veri tas ⁊ cum ſis ſummum ⁊ perfectum bonum ¶ Nota ꝙ ſedes ſum mi boni dicitur anguſta id eſt ſubtilis.quia vix magno labore ad ipſam peruenitur. vel dicitur anguſta id eſt nobilis. quia nihil ſibi ꝯparari p̄t.

¶ Item deum vocat fontem ſummi boni.ſicut em̄ riuuli habẽt ex iſtere ⁊ fluere a fonte ⁊ ipſe a nullo. ſic a deo om̄e bonum habet eſſe. ipſe autem a nullo ¶ Notandũ ad hoc ꝙ ſedes ſummi boni conſcẽda‑ tur oportet ꝙ inueſtigetur, ⁊ quia non ſufficit inueſtigare ſi non inuenia tur.nec inuenire ſi non diligatur.ideo ph̄ia petit per amorem defigi vi‑ ſum animi ſcilicet rationem ⁊ intellectum in ſummum bonum.

¶ Nota ꝙ quia intellectus ⁊ ratio impediuntur ⁊ obſcurantur ꝑ af‑ fectionem ⁊ deſiderium terrenorum. qꝛ corpus qḋ corrumpitur aggra‑ uat animaꝫ quando corpori eſt ſubiecta.ideo ph̄ia petit fugari nebulas terrene molis.⁊ quia non ſufficit fuga tenebrarũ niſi aſſit lux illuminãs ſõ petit illuminationẽ dicens.Atqꝫ tuo ſplendore mica ¶ Itẽ diſiĳ cio cis.i.diuerſis modis iacere.diſpergere.ſeparare.diuellere.deſtruere. Et dr̄ a dis ⁊ iacio.⁊ ſcribitur per duplex ĳ.in ſcd̃a ſyllaba

## ¶ Proſa decima libri tercĳ

Demonſtrat beatitudinẽ deum ſum‑ mum bonum eſſe.

QUoniam igitur que ſit imper‑ fecti. que etiaꝫ perfecti boni for‑ ma vidiſti nunc demonſtranduꝫ reor quoniam hec felicitatis perfectio con‑ ſtituta ſit. In quo illud primum arbi‑ tror inquirendum.an aliquod huiuſ‑ modi bonum (quale pauloante diffi‑ niſti) in rerum natura poſſit exiſtere.

¶ Iſta eſt decima proſa hui⁹ tercĳ.in qua philoſophia oſtendit v‑ bi vera beatitudo ſit cõ ſtituta. et primo conti‑ nuando ſe probat beati tudinem perfectam eſſe in rerum natura. ſecun‑ do oſtẽdit in quo ſit ve‑ ra beatitudo.ibi. Quo vero. Primo dicit.O Boeci quoniam vidiſti in p̄cedentib⁹ q̄ ſit forma imperfecti boni ⁊ que ſit forma ꝑfecti boni. nunc reor id eſt opinor eſſe de monſtrandum.quo naꝫ id eſt vbi hec perfectio

ne nos preter rei ſubiecte veritatem. caſſa cogitationis imago decipiat. Sed quin exiſtat. ſitqꝫ hoc veluti quidam omniū fons bonoꝛuꝫ negari nequit. Omne enim quod imperfectum eſſe dicitur. id minime perfecti imperfectum eſſe perhibetur. Quo fit vt ſi in quolibet genere imperfectum quid eſſe videatur. in eo perfectum quoqꝫ aliquid eſſe neceſſe ſit. Etem̄ perfectō ne ſublata. vnde illud quod imperfectum perhibetur extiterit: ne fingi quidem poteſt. Neqꝫ enim a diminutis inconſummatiſqꝫ natura rerum cepit exoꝛdium. ſed ab integris abſolutiſqꝫ pꝛocedens. in hec extrema atqꝫ effeta dilabitur. Qđ ſi vti pauloante mōſtrauimus eſt quedam boni fragilis im/perfecta felicitas. eſſe aliquam ſolidā perfectamqꝫ non poteſt dubitari. B. Firmiſſime inquam veriſſimeqꝫ concluſum eſt.

felicitatis. id eſt perfecta felicitas ſit conſtituta in quo ſupple inueſtigando illud ego arbitroꝛ p̄mum eſſe inqrendū aliquid hmōi bonum ꝑfectum quale pauloante. ſ. octaua pſa diffiniſti poſſit exiſtere in rerū natura. ne caſſa. i. vana imago id eſt ſpecies cogitatōis nos decipiat p̄ter veritateꝫ ſubiecte rei. id eſt exiſtentis rei ſed nequit negari quin exiſtat in rerum natura perfectum bonū ꝛ ꝑfecta felicitas. ꝛ hoc bonuꝫ ſit veluti fons omniū bonoꝛū et tunc pꝛobat ip̄m eſſe tali rōne. In quocunqꝫ genere eſt reperire impꝑfectum. in eodem etiam eſt reperire perfectum. ſed in om̄i genere rerum eſt reperire impꝑfectū bonum ꝛ imperfectā felicitatem. vt p꒫ ex p̄cedētibus ergo in rerū natura erit dare perfectū bonum ꝛ ꝑfectam felicitatem. Hanc rōnem pertractat in littera ꝛ dicit Om̄e qđ đr eſſe impꝑfectū illud ꝑhibeť impꝑfectū diminutōe. i. ex defectu ꝑfecti. quo fit vt ſi in quolibet genere videať eſſe quid id eſt aliquid impꝑfectū in eo genere neceſſe ſit aliquid eſſe ꝑfectum. etem̄ ſublata. i. circunſcripta ꝑfectione. nec fingi poteſt vnde extiterit. et eſſe habeat quod ꝑhibetur impꝑfectū neqꝫ em̄ natura cepit exoꝛdium a diminutis ꝛ inconſummatis id eſt ab impꝑfectis. ſed natura pꝛocedens ab integris ꝛ abſolutis id eſt perfectis dilabitur in hec extrema id eſt inferioꝛa atqꝫ effeta id eſt infructuoſa. Ex hoc ergo accipitur maioꝛ rōnis. In quocūqꝫ reperitur aliquid impꝑfectū in eodem reperitur ꝑfectum. ¶ Tunc ſubiungit minoꝛem dicens Sed ſicut pauloante mōſtrauimus eſt quedā fragilis boni ꝛ impꝑfecta

felicitas. Et ponit concluſionē dicens: ergo dubitari non poteſt eē aliquam ſolidam ⁊ ꝑfectam felicitatem. Quod ↄcedens Boetius dr firmiſſime ⁊ veriſſime ↄcluſum eſt. ¶ Notandū ꝙ in tꝑalibus ⁊ ſenſibilib9 nō pt eſſe ſummū ⁊ ꝑfectum bonū. Et qꝛ multi ſunt q̄ nō putant eē alia bona preter ſenſibilia. ideo ne aliquis putet nullū eſſe ꝑfectuꝫ bonū in reꝝ natura phia primo anteꝗ̄ oſtendat vbi ſit ſitum ꝑfectum bonuꝫ probat ipm eſſe ¶ Nota ꝙ res ſubiecta eſt de qua habetur ſermo ⁊ cognitio. ſed dum cogitamus de re que non eſt tunc cogitatio caſſa preter veritatem ſubiecte rei decipiens nos. ne aūt talis cognitio videatur eſſe ſummi boni. iō ꝑmo ꝓbat ipm eſſe in reꝝ natura ¶ Notanduꝫ ꝙ imꝑfectū nō pt eſſe principiū reꝝ. qꝛ ꝑfectum ꝑus eſt imꝑfecto. principio aūt nō eſt aliqd prius. ex quo ſeqtur ꝙ vbi eſt imꝑfectū. ibi eſt reꝑire ꝑfectū ¶ Notandū ꝙ eſt deuenire ad aliqd ꝑfectū a q̄ natura incipiens ꝓgredit̄ ad poſteriora imꝑfecta. cuiuſmodi ſunt hec inferiora q̄ dicunt̄ extrema ⁊ effeta que ſunt vltima cauſatoꝝ. nō cā alijs inferiorib9.

P. Quo vero inquit habitet. ita ↄſidera. Deum reꝝ oīm principem (bonū eſſe) cōmunis humanoꝝ conceptio probat animorum. Nam cum nihilo deo meli9 excogitari q̄at. id quo melius nihil eſt bonū eſſe q̄s dubitet

¶ Hic phia oñdit in q̄ ꝑfectum bonū ſiue felicitas ſit ſita. ſecūdo ↄcludit quoddā correlariuꝫ tercio mouet dubitationem. ſcđa ibi. Sup hec tercia ibi. Atq̄ hoc quoq̄. Primo dr vel oñdit ꝑfectam felicitateꝫ eē in deo ↄſtitutam. Secundo oſtendit per quem modū ſit in deo: ibi. Sꝫ queſo. Primo ponit vnā ꝓpōnem notam. ſecūdo ex ea probat intentum. ibi. Ita vero. Primo dicit. Iam probatum eſt ꝙ eſt dare perfectum bonum quo vero. id eſt in q̄ habitet illud perfectum bonum. ita conſidera. Et tunc ſubiungit ꝓpōnem. Omnis conceptio humanorum animoꝝ probat id eſt cōcedit deū eſſe bonum. principem omniū rerum. Et ꝙ deus ſit quoddā bonum ꝓbat per hoc. quia deo nihil melius excogitari poteſt. ⁊ quis dubitat illud eſſe bonū quo melius nihil eſt. q. d. nullus. ¶ Notandū deum eſſe principem oīm rerum oēs concedunt. ſed quia piragorici duo poſuerunt eſſe principia rerum. vnum bonū. aliud malum ne ergo aliquis occaſione huius negaret deum eſſe bonum. ideo hoc probat ex eo ꝙ nihil poteſt melius excogitari deo. Unde dicit Auguſtinus in libro de doctrina chriſtiana. Omnes latine lingue ſcientes cum aures eorum ſon9 tetigerit quo profertur deus mouentur ad cogitanduꝫ excellentiſſimā quandam immortalem naturam. ita autem cogitatur deus vt aliquid quo nihil ſit melius.

Ita vero bonū eſſe deū rō demōſtrat vt ꝑfectum quoq̄ in eo bonū eē ↄuin

¶ Hic ꝓbat intentū ꝙ beatitudo ſiue perfectuꝫ bonuꝫ ſit ſitū in deo tali rōne. Perfectū bonū eſt

cat Nam ſi tale ſit rerū oīm princeps
eſſe nō poterit. Erit em̄ eo pſtantius
aliquid pfectū poſſidēs bonū qđ hoc
prius atq3 antiquus eſſe videatur Oia
nāq3 pfecta minus integris priora eē
claruerūt Quare ne in infinitum pce/
dat rō. pfitendū eſt ſummū deū ſum/
mi pfectiq3 boni eſſe pleniſſimū S3 p
fectū bonū. verā eſſe btitudinē pſtitui
mus Verā igit btitudinē in ſummo
deo ſitam eſſe neceſſe eſt. B. Accipio
inq̄3 Nec eſt quod cōtradici vllo mo
do queat.

vera btitudo. ſed in deo
eſt pfectū bonū g in deo
eſt pa btitudo. Vn̄ dr
in lrā Ratio iſta demō/
ſtrat deū eē bonū vt cō
uincat .i. infalibilr con/
cludat in eo eſſe pfectu3
bonū. nā niſi deꝰ ſit tale
ſc3 pfectū bonū. q2 oīa p
fecta claruerūt. i. manife
ſta ſꝫ eē priora minus in
tegris .i. impfectis. qua
re ne rō pcedat in infini/
tū pfitendū eſt ſummu3
bonū eē pleniſſimū ſum
mi z perfecti boni. z ſic
patet minor rōnis. ſc3 q
in deo eſt pfectu3 bonū
Tunc pbat maiorē di/
cens. Sed conceſſimus
.i. pbauimus nona pro/
ſa pfectū bonū eſſe veram beatitudinem. igit reſtat pcludere q necē eſt
verā beatitudinē ſitam eſſe in ſummo deo Cui Boetius conſentiens di
cit Accipio id eſt pcedo inq̄3. nec eſt quod vllo modo queat contradici.
¶ Notandū q ſi deus non eſſet pfectum bonum ſed impfectū pce
deretur in infinitū ſic arguendo Deus vel eſt pfectum bonū vel impfe/
ctū. ſi pfectum habet ppoſitū. ſi impfectū. erit aliqđ prius eo. cū pfectū ſit
prius imperfecto Illud ergo prius vel eſt perfectum bonum vel imperfe
ctum. ſi perfectum illud erit deus. z habetur ppoſitum. ſi imperfectum
erit aliquid prius eo. cum pfectum ſit prius imperfecto. iterum querit
de illo priori. vel eſt perfectū bonū vel impfectum Et ſic pcederet in in
finitum vel dabitur deum eſſe perfectum bonum z hoc innuit in littera
cum dicit. Quare ne in infinitum ratio procedat

P. Sed q̄ſo inquid te. vide q̄3 id ſctē
atq3 inuiolabiliter pbes q boni ſūmi
ſummū deū diximus eſſe pleniſſimū
B. Quonā inq̄3 modo Ne hunc rerū
omniū prēm. illud ſummū bonū quo
plenus eſſe perhibet. vel extrinſecꝰ ac
cepiſſe. vel ita naturaliter habere pſu

¶ Hic phia oñdit per
quem modū vera btitu
do ſit in deo. q2 non eſt
in deo tanq̄3 aliquid di/
ſtinctū ab ipo. ſicut acci
dens a ſubiecto ſ3 ē ide3
cum ipſo. quod probat
quatuor rationibus. ſe/
cūda. ibi. Poſtremo. ter
cia ibi. Omnem. quar/
ta. ibi. Reſpice inquit
Prio premittit intentū

mas quaſi habentis dei habiteqꝫ beatitudinis diuerſam cogites eſſe ſubſtantiam. Nam ſi extrinſecus acceptū putes. preſtantius id quod dederit ab eo quod accepit exiſtimare poſſis Sed hunc eſſe rerum omnium precellentiſſimum digniſſime confitemur. Qꝫ ſi natura quidem ineſt. ſed eſt rōe diuerſum. cum de rerum principe loquamur deo. fingat q̄ poteſt. quis hec diuerſa coniunxerit

ſuū cū quadā diuiſione cuius mēbra improbat dicens O Boeci queſo te vide qꝫ id ſcē. i. firmiter ⁊ inuiolabiliter probes ꝙ diximus ſummū deū eſſe pleniſſimū ſummi boni. ⁊ dt Boetius. Quonā mō ſupple hoc ꝓbat̄ Tunc ponit phia diuiſionē dicens Preſumis. i. putas ne hunc patrē oim̄ reꝝ accepiſſe extrinſecꝰ illud ſummū bonū quo perhibet̄ eſſe plenus. vel preſumis ita naturaliter habere a ſe illud bonum quaſi cogites diuerſā eē ſubſtātiā dei hn̄tis ⁊ btitudinis habite Et tunc improbat mēbra primo ꝙ deus non accepit ſummū bonū ab extrinſeco dicens. Nā ſi putes bonū qđ in deo eſt extrinſecus acceptū tunc tu poſſis. i. potes exiſtimare eſſe preſtantius. i. melius illud bonū quod dederit. eo quod acceperit. ſ. deo quod ē falſum. q2 confitemur hunc precellentiſſimum omnium rerum Tunc ꝓbat ꝙ perfectum bonū in deo non eſt in ipſo naturaliter tanq̄ͣ differens a ſubſtantia ſua dicens. ꝙ ſi natura id eſt per naturam ineſt deo ſummuꝫ bonū ſꝫ ē diuerſum ab ipō rōne q̇ditatiua. fingat q̄ pt̄ q̇s hec diuerſa cōiūxerit. ſ. deū ⁊ ſummū bonū. q. d. nō ē dare aliquē p̄orē iſta diuerſa ꝯiūgentē ¶ Notandū ꝙ rō quā phia p̄tendit eſt iſta Summū bonū qđ eſt in deo vel eſt acceptum ab extrinſeco vel ineſt ſibi naturaliter. ſi ab extrinſeco aliquid erit preſtantius ⁊ nobilius deo. q2 dans ſummū bonum preſtantius eſt recipiente ipſum Si autē ineſt deo naturaliter vel tanq̄ͣ idem ſibi. vel tanq̄ͣ diuerſum ab ipſo Si tanq̄ͣ idem ſibi habetur propoſitum. ſi tanq̄ͣ diuerſum ab ipſo erit aliquid prius quod iſta diuerſa cōiunxerit. talia autem fingere eſt difficile

Poſtremo qđ a qualibet re diuerſum eſt id non eſt illud a quo intelligit̄ eſſe diuerſum. Quare quod a ſummo bono diuerſum eſt: ſui natura id ſummū bonū nō eſt. Quod nefas eſt de eo cogitare. quo nihil ꝯſtat eē p̄ſtantius

¶ Hic phia ponit ſcđaꝫ rōnem ꝙ ſummū bonū in deo non differt ab ipō Et eſt ratio talis. Illud quod eſt diuerſum ab alio non eſt illud a q̄ eſt diuerſum. Si ergo ſummum bonum eſſet diuerſuꝫ a deo deus nō eſſet ſummū bonum qđ nefas ē dicere vā dt ī lrā

# Proſa decima

Poſtremo illud qđ eſt diuerſum a qualibet re illud non eſt illud a q̄ vi/
detur eē diuerſum. quare qđ ſui natura diuerſum eſt a ſummo bono. illđ
non eſt ſummū bonū. ſi igiť ſummū bonū ita ſit in deo ꝙ ſꝫm naturam ſit
diuerſum a deo. ſequitur ꝙ deus nō ſit ſummū bonū. qđ nefas eſt cogita
re de deo quo nihil ꝯſtat eſſe preſtantius ¶ Nota ꝙ ſi aliquid eſſet in
Nunc ſummis caput inſeris
Nunc decidit in infima.
Tum ſeſe referens ſibi
Veris falſa redarguit

¶ Hic improbat hãc opinionem. ſecundo ponit ſuam veritatem ibi. Nec eſt efficiens. Primo ergo deducit ad plura incõueniẽtia iſtã opinionem dicens. Sed ſi mens vigẽs nihil explicat ꝓprijs motibꝫ. i. ſi nullam actõem propꝛiam hꝫ ſed tm̃ iacet patiẽs ſubdita notis. i. ſimilitudinibꝫ corpoꝝ. ⁊ ſi ipſa reddit. i. repñtat caſſas hymagines reꝝ. i. ſimilitudines in vicem ſpeculi. i. ad modũ ſpeculi. Tunc queritur vnde viget hec notio. i. hec cognitio animis. ꝙ aĩa eſt cernẽs oĩa nõ tm̃ corporalia. ſed etiam incorporalia ¶ Notandũ ꝙ primum incõueniẽs eſt. ſi cognitio intellectiua fieret per ſolaꝫ impreſſionẽ corporuꝫ in anima. tunc nõ eſſet virtus ꝑ quam aĩa cognoſceret incorporalia. quia per ſolam impreſſionem corporum tm̃ cognoſceret corporalia. Nunc aũt manifeſtum eſt ꝙ etiã incorporalia cognoſcit Aliud inconueniens ponit dicens. Si anima tm̃ eſt paſſiua que vis anime ſingula perſpicit. id eſt intuicat. aut que vis anime cognita diuidit. aut diuiſa recolligit. aut que vis anime legens. id eſt apprehendens alterum iter componendi ⁊ diui-

# Metrum quartum

dendi. nũc inſerit caput ſummis. id eſt generaliſſimis aſcendendo a ſpecialiſſimis ad generaliſſima colligendo multitudinem. ⁊ nũc decidit vł decedit ſm aliam litteram. id eſt cadit ab infima. In infima. id eſt in ſpecialiſſima procedendo a generaliſſimis ad ſpecialiſſima diuidendo. Tũ id eſt tandem anima referens id eſt comparans ſe ſibi redarguit falſa veris id eſt ꝑ veram ¶ Notandum ꝙ ex littera talis formatur ratio. Illa anima nõ eſt tm̃ paſſiua ſed actiua que iudicat cõponit ⁊ diuidit ⁊ veris falſa redarguit. ſed anima intellectiua eſt hmõi. ergo ⁊c. Maior nota eſt qꝛ iudicare cõponere ⁊ diuidere redarguere videntur eſſe opationes actiue. Minor apparet. anima iudicat inter verum ⁊ falſum. componit p̄dicatum cum ſubiecto. aliquando diuidit predicatũ a ſubiecto ⁊ falſas opiniones redarguit.

¶ Hec eſt efficiēs magis
Longe cauſa potentior
Quam que materie modo.
Impreſſas patitur notas.
Precedit tamen excitans
Ac vires animi mouens
Vno in corpore paſſio
Cum vel lux oculos ferit.
Vel vox auribus inſtrepit
Tum mentis vigor excitus
Quas intus ſpecies tenet
Ad motus ſimiles vocans
Notis applicat exteris
Introrſum qꝫ reconditis
Formis miſcet ymagines

¶ Hic phia ponit veritatē dicens. Hec mēs eſt magis cauſa efficiēs que eſt cauſa longe potētior ꝙ̃ illa que mõ materie. id ē ſimilitudine materie patitur notas impreſſas. Et quia aliqs crederet ꝙ in anima nulla eſſet paſſio. ideo ſubdit quedam paſſio precedit operatiões anime in vno corpore excitans et mouens vires animi ad operandum vt quando lux ferit oculos tũc patitur viſus. vel cum vox inſtrepit. i. inſonat aurib⁹. tũc patitur audit⁹. ⁊ tandem vigor mētis excit⁹ id eſt excitatus vocans ſpecies quas int⁹ tenēs ad ſimiles motus applicat eas notis exteris. id eſt ſimilitudinibꝫ exterioribus ⁊ miſcet. i. applicat ymagīes exteriores corporum formis. i. ſpeciebꝫ introrſum. i. in aīa reconditis ¶ Notanduꝫ ꝙ Boetius hic vtitur ſententia platonica que ponit ſpecies rerum a principio naturaliter inditas anime. ſed anima ſopita eſt in corpore. ita ꝙ nõ intelligit ꝑ eas niſi excitetur ꝑ immutationem ſenſuum exteriorum. excitata autem euocat ſpeciem ſimilē illi quã ſenſus exterior impreſſit. ⁊ applicãdo eam rei exterio-

ri ſic intelligi p eam. Ad hanc intẽtionem etiã loquitur Linconiẽſis pri-mo poſterioꝝ dicens. Rõ in nobis ſopita nõ agit niſi ꝑus p opatões ſen-ſuum quibus admiſcetur fuerit experrecta ¶ Notandum ꝙ ex litte-ra videtur ꝙ intellectus poſſibilis intelligendo etiã ſit actiuus cũ ſit cau-ſa efficiens vt dꝛ in lrã. Areſto. aũt. iij. de aĩa vult ꝙ intelligere ſit pati. ⁊ ꝙ intellectus nullam habet naturam. niſi ꝙ eſt poſſibilis vocatus Ad hoc dicunt aliqui ꝙ qꝛ anima ↄprehendit tam intellectũ poſſibilem ꝙ͡ꝫ agen-tem. aĩa eſt actiua. immo cauſa effectiua intellectionis rõe intellectus poſ-ſibilis. Uel dõm ꝙ intellectus poſſibilis eſt potentia paſſiua. ſaltem quo ad primũ eius actum. cũ intelligere ſit pati. ſed oĩs potẽtia paſſiua de neci-tate requirit potẽtiam actiuam que reducat ipſam ad actũ. Tale aũt ac-tiuũ nõ poteſt eſſe res corporalis extra cũ agens ſit ꝑſtantius paſſo. iõ tale actiuum ex pte aĩe erit intellectus agẽs cuius opatio eſt facere potẽtia. in-tellecta actu intellecta. ita ꝙ a reb⁹ extra ꝟtute intellect⁹ agẽtis impͥmit aliquid intellectui poſſibili p quod in actũ intelligendi reducitur. Nõ eſt ergo intentio Boetij negare cũ mens ſit paſſiua rõe intellectus poſſibil ſed vult ꝙ mens ſiue anima magis habeat efficiẽtiam in intellectiõe ꝙ͡ꝫ ſit paſſiua ab ipſis corꝑibus extra. ⁊ p cõſequens efficiẽtia intellectus nõ de-bet attribui rebus extra. quod erat de intentiõe ſtoicorum.

¶ Hec eſt q̃nta proſa huius q̃nti libri. in q̃ pro-bat ſpecialiter diuinã co-gnitionem eſſe ſcḋm mo-dũm cognoſcẽtis ⁊ non rei cognite. ſcḋo oñdit in-ſufficientiaꝫ eorum q̇ ex noſtro mõ cognoſcẽdi i-probant puidentiã diui-nam ibi. Quid igiť Pri-mo facit quod dictũ eſt ſecũdo infert duas ↄclu-ſiões ibi. Hac itaqꝫ Pri-mo dicit. Si in ſentien-dis. i. in cognoſcẽdis cor-poribus animus noſter nõ tñ inſignitur. i. affici paſſione corporis. ſed ex ſua vi iudicat paſſioneꝫ ſubiectam corpori. ita ꝙ in ↄgnoſcendo ſequitur ꝓpͥum motum corꝑis q̃-litates obiecte forinſec⁹ afficiant. i. immutent in-ſtrumenta. i. organa ſen-ſuum ⁊ paſſio corꝑis an

¶ Proſa quinta libri quinti.

Diſputat ſenſum ⁊ ymaginatõem ce-dere rationi. rõem intellectui

QUod ſi in corporibus ſentien-dis ꝙ͡ꝫuis efficiant inſtrumẽta ſenſuum forinſecus obiecte qualita-tes animiqꝫ agentis vigorem paſſio corporis antecedat. que in ſe actũ mẽ-tis prouocet. exciteťqꝫ interim quieſ-centes intrinſecus formas. ſi in ſenti-endis inquã corporibus. animus nõ paſſione inſignitur. ſꝫ ex ſua vi ſubie-ctam corpori indicat paſſionem. q͡ꝫto magis ea que cunctis corporum affe

ctionibus abſoluta ſunt in diſcernendo nō obiecta extrinſecus ſequūt̃.ſed actum ſue mētis expediunt

recedat vigorem agent; animi que paſſio prouocet actum mentis in ſe ⁊ excitet formas intrinſecus quieſcētes. Si h̃ eſt in animo noſtro multomagis ea que abſoluta cūctis affectionib᷒.i.qualitatib᷒ corpoꝝ.ſ. intelligentie ſepate ⁊ precipue deus.illa in diſcernēdo nō ꝯſequūtur obiecta extrinſecus.ſed expediūt.id eſt perficiūt actum ſue mentis.i.operatōem intellectiuam ſm naturam ꝓpriam ¶ Nota q̃ ex littera poteſt ſic argui Si id de quo minus videtur ineſt ⁊ de q̄ magis.ſed minus videtur q̃ animus noſter in cognoſcēdo ſequat̃ motū ſuum ⁊ nō rei cognite.⁊ tñ ſequitur facultatem ſue cognitionis.ḡ multomagis intelligentia diuina ſequitur in cognoſcendo propriū motū ſue cognitionis q̄ ipſius rei cognite

¶ Hac itaqꝫ ratione multiplices cognitiones. diuerſis ac differentibus ceſſere ſubſtantijs. Senſus enī ſolus.cunctis alijs ꝯgnitionibus deſtitutus immobilibus animantibus ceſſit.quales ſunt conche maris.que qꝫ alia ſaxis herētia nutriuntur. Imaginatio vero mobilibus beluis quibus iam ineſſe fugiendi appetendive aliquis videtur affectus. Ratio vero humani tm̄ generis eſt.ſicut intelligētia ſola diuini. Quo fit vt ea noticia ceteris preſtet que ſuapte natura non modo proprium.ſ; ceterarum q̄; noticiarum ſubiecta cognoſcit

¶ Hic infert duas cōcluſiōes ex premiſſis dicens. Ex quo cognitio ſequitur naturam cognoſcentis ⁊ nō rei cognite.⁊ cum ꝯgnoſcentia ſit; diuerſa ſm naturam.oportet diuerſis cognoſcentibus conuenire diuerſas cognitiones. Unde dicit. Hac itaqꝫ ratione quia cognitio ſequitur naturam cognoſcentem multiplices cognitiōes ceſſerunt diuerſis ac differentibus ſubſtantijs. ſenſus enim ſolus deſtitutus alijs ꝯgnitionib᷒ ceſſit animantibus immobilibus. qualia ſunt conche maris ⁊ quecunqꝫ nutriuntur herentia ſaxis. Imaginatio vero ceſſit mobilibus beluis que mouentur motu ꝓgreſſiuo quib᷒ videtur ineſſe affectus.id eſt appetitus fugiendi maluz vel appetendi bonum. Ratio vero quā ꝯprehē

dinus vniuerſale tm̄ eſt humani generis ſicut intelligētia eſt diuini generis. ¶ Tūc ponit ſecūdam concluſionem ꝙ illa cognitio eſt notior ⁊ nobilior que nō ſolum apprehendit propriū obiectū. ſed etiā obiecta aliarū noticiarū .i. cognitionū. vn̄ dicit. Quo fit vt ea notio .i. cognitio preſtet .i. nobilior ſit ceteris que ſuapte natura .i. ꝓpria natura nō modo .i. tm̄modo ꝓprium obiectū cognoſcit. ſed etiā cognoſcit ſubiecta ceterarum noticiarum. ¶ Nota circa p̄mam cōcluſionem ꝙ cum actus ⁊ opationes diuerſificētur ſcḋm diuerſitatem agētium ⁊ opantium ſeqtur ſi agentia ⁊ ſ operantia ſint diuerſa ꝙ habent diuerſas opationes ⁊ cognitiones ꝓpter qḋ ſenſus ſine alijs cognitionib⁹ ceſſit aīalibus immobilib⁹. ⁊ accipit hic ſenſus ſtricte ꝑ apprehēſione ſenſitiua que ſolū immutat ad p̄ntiam ſenſibil. Sic em̄ diſtinguitur cōtra ymaginatōem q̄ nō tm̄ apprehendit rem p̄ntem ſ; etiam abſentem ¶ Notandū circa ſecundā ꝯcluſionem ꝙ quecūq; potētia plura cognoſcit videt eſſe preſtantior ea que cognoſcit pauciora. ſi ḡ aliqua potētia cognoſcit ꝓprium obiectum ⁊ cū hoc obiecta aliaꝝ potentiaꝝ inferioꝝ. ſicut eſt intelligētia diuina. ⁊ nō ecōuerſo. ſeqtur ꝙ potētia ſupior plura cognoſcēs ſit nobilior inferiori

¶ Hic ph̄ia oſtendit inſufficientiam eoꝝ que ex hoc modo cognoſcendi noſtro improbāt diuinam ꝓuidētiam. Scḋo hortatur nos ad ꝯſiderādum modum diuine cognitiōis. ibi. quare in illius Primo manifeſtat inſufficientiā eoꝝ per ſimile. Scḋo applicat illḋ ſile ad ꝓpoſitum ibi. Simile eſt. Similitudo autem quam intendit talis eſt. Senſus ⁊ ymaginatio ſunt cognitiōes inferiores q̄; rō. Si ergo ſenſus ⁊ ymaginatio vellent iudicare moduȝ cognoſcendi rōnis ex modo cognoſcēdi ꝓprio. ⁊ dicere ꝙ vniuerſale nihil eſſet quod ratio apprehendit. vel ſi veꝝ eſſet iudicium rōis. vel eſſet ꝑticulare ⁊ ſenſibile. rō vero diceret̄ ꝯtrariū. Manifeſtum ē ꝙ nos q̄ vigem⁹

¶ Quid igitur ſi ratiocinationi ſenſus ymaginatioq; refragētur. nihil eſſe illud vniuerſale dicētes. quod ſeſe intueri ratio putet. Quod em̄ ſenſibile vl ymaginabile eſt. id vniuerſum eſſe nō poſſe. Aut igitur rationis verū eſſe iudicium nec quicq; eſſe ſenſibile. aut q̄niam ſibi notum ſit plura ſenſibus et ymaginationi eſſe ſubiecta inaneȝ cōceptionem eſſe ratiōis. que quod ſenſibile ſit ac ſingulare quaſi quoddam vniuerſale cōſideret Ad hec ſi rō ꝯtra rn̄deat ſe q̄dem ⁊ quod ſenſibile et qḋ ymaginabile ſit in vniuerſalitatis rōne ꝯſpicere Jlla vero ad vniuerſitatis cognitōem aſpirare nō poſſe. qm̄ eoꝝ notio corporales figuras nō poſſ; ex

cedere De rerũ vero cognitione firmiori potius pfectioriq; iudicio eẽ credẽdum In hmõi igitur lite nos quibꝫ tam ratiocinandi ꝗ̃ imaginandi etiã ſentiendiq; vis ineſt. nonne rõnis potius cauſam probaremus

vtraq; cognitõe potius aſſentiremus rõni iudicando motiuũ ſenſus et imaginationũ eſſe īſufficiens Dicit ḡ. Quid igit̃ ſi ſenſus ꝛ imaginatio refragent̃ .i. ꝯtra dicant rõni dicentes nihil eſſe vl̃e id qđ rõ putat ſe intueri ſic arguendo. Quod eſt eñ ſenſibile aut imaginabile id non poſſe eſſe vniuerſale ſm iudiciũ ſenſus ꝛ imaginationis. Aut igit̃ iudiciũ rõnis necc̃ eſt eſſe verũ ꝛ ꝑ ꝯñs nec quicq; eẽ ſenſibile qđ eſt abſurdum Aut qm̃ notũ eſt ſibi ſcꝫ ſenſui ꝛ imaginationi que necc̃ eſt eſſe ſenſibilia. crederes ne ꝯceptiõem rõis eſſe inanẽ que ꝯſiderat illud qđ eſt ſenſibile ꝛ ſingulare quaſi quoddã vl̃e Ad hec ſi rõ rñdeat ſe ꝯſpicere in rõne vl̃i quod eſt ſenſibile ꝛ imaginabile Illa vero ſcꝫ ſenſuꝫ et imaginationem nõ poſſe aſpicere id eſt ꝑuenire ad cognitionẽ vniuerſalis q: cognitio eoꝝ nõ excedit figuras corporales ꝛ diceret ratio potiꝰ eſſe credendum firmiori ꝛ pfectiori iudicio rerum In hmõi igitur lite ſcꝫ inter ſenſum ꝛ imaginatiõem ex vna pte ꝛ rõnem ex altera pte nos qbꝫ ineſt tam vis rõcinandi ꝗ̃ imaginandi ꝛ ſentiẽdi nõ ne potius ꝓbaremꝰ cãm rõnis ꝛ reputaremus motiua ſenſus ꝛ imaginationis eſſe ſufficientiam quaſi dicat immo

¶ Nota ꝙ iudicio nobilioris potentie potius eſt aſtandum ꝗ̃ iudicio potentie ignobilioris cũ igitur ratio ſit potentia nobilior ꝗ̃ ſenſus ꝛ imaginatio. eo ꝙ ratio cõphendit proprium obiectũ ꝛ obiectũ ſenſus ꝛ imaginationis ꝛ non econuerſo. ergo potius aſtandum eſt iudicio rõis ꝗ̃ potentiarum inferiorum.

Simile eſt ꝙ humana rõ diuinam intelligentiam futura niſi vt ipſa cognoſcit non putat intueri Nã ita diſſeris Si qua certos ac neceſſarios habere non videantur euentus. ea certo euẽtura preſciri nequeant Harum igitur rerum nulla eſt preſcientia. quã ſi etiã in his eſſe credamus. nihil erit quod non ex neceſſitate proueniat Si igit̃

¶ Hic applicat illud ſimile ad ꝓpoſitũ ꝛ dr̃ Illud qđ eſt dictũ de ſenſu ꝛ imaginatione reſpectu rõnis ſimile eſt ei ꝙ humana rõ nihil putat diuinã intelligẽtiam intueri niſi vt ipſa rõ cognoſcit qđ apparet ex ipo mõ arguendi Nam ita diſſeris id eſt arguis. ſi qua videantur non habere certos ꝛ neccãrios euentus talia nequeant preſciri certe euentura.

Vti rationis participes ſumus ita di/uine iudicium mentis habere poſſe/mus ſicut imaginationē ſenſumqꝫ rōni credere oportere iudicamꝰ ſic diuine ſeſe menti humanaꝫ ſummittere rationē iuſtiſſimum cenſeremus.

Igit̄ taliū reꝝ nulla eſt preſcia quā ſcꝫ preſciam ſi credimus eſſe in his. nihil erit quod non ꝓueniat ex neccitate Si igit̄ ſicut ſumus participes rōnis ita poſſemus ha/bere iudiciū diuine mentis. ſicut nūc iudicamꝰ imaginationē et ſenſum oportere cedere rōni ſic cenſeremus.i. iudicaremus iuſtiſſimuꝫ humane rationi ſe ſummittere diuine menti.

¶ Nota ꝙ ſimile eſt de iudicio ſenſus ⁊ imaginationis reſpectu rationis. ⁊ rōnis reſpectu intelligentie diuine Nā ſenſui ⁊ imaginationi videtur ꝙ rō aliter nō poſſit ꝯprehendere rem niſi ſicut ipſa ꝯprehēdit qd̄ tñ falſum eſt Sic ſimiliter videt̄ rōni humane ꝙ intelligentia diuina nō poſſit res incertas cognoſcere aliter ꝙ̄ ipſa cognoſcit qd̄ falſum ē. Nāque rō humana incerte cognoſcit. intelligentia diuina certa ꝯprehendit.

Quare in illius ſumme intelligētie cacumē ſi poſſumus erigamur Illic eñ rō videbit qd̄ in ſe non poteſt ineueri Id aūt eſt quonā mō etiā que certos exitus non hñt. certa tñ videat ac definita prenotio. neqꝫ id ſit opinio. ſed ſumme potius ſciētie nullis terminis incluſa ſimplicitas

¶ Hic phīa hortat̄ vt erigamus nos ad cognitionē diuine intelligētie dicens. Quare ſi poſſu/mus erigamur p̄ diligētem ꝯſideratōēꝫ in cacumen illius ſumme intel/ligētie.ſ. diuine Illic eñ rō videbit qd̄ in ſe non p̄t intueri.ſ. quō certa ⁊ definita p̄notio dei cognoſcat illa que non hñt certos exitus ⁊ illud nō erit opinio. ſed potiꝰ erit ſimplicitas ſumme ſcīe nullis terminis incluſa. qꝛ ſimplicitas ſumme ſapientie eſt infinita

¶ Notandum ꝙ ſi cognitio ſequeret̄ facultatē rei cognite ⁊ nō ꝑtutꝫ cognoſcentis tunc ſicut ratio humana cognoſcit futura ꝯtingentia incerte. ſic ſimiliter intelligentia diuina ea incerte cognoſceret. ſed qꝛ facultas cognitionū eſt ſm facultatem virtutum cognoſcentiū ⁊ intelligentia di/uina in cognoſcendo excedit rōnem humanam. poterit ipſa certe ꝯgnoſ/cere que ratio humana incerte cognoſcit

¶ Metrū quintum libri quinti

Quam varijs terras animalia ꝑmeant figuris

¶ Hic incipit quintuꝫ metrū huius q̄nti qd̄ dr̄ archilogicū ab inuētore dactilicū a pede p̄domināte. In quo oſtendit

Namq̄ȝ alia extento ſunt corpore pulueremq̄ȝ verrunt
Continuum trahunt vi pectoris incita ſulcum
Sunt quibus alarum leuitas vaga verberetq̄ȝ ventos
Et liquido lōgi ſpacia etheris enatet volatu
Hec preſſiſſe ſolo veſtigia greſſibus gaudent
Vel virides campos trāſmittere vel ſubire ſiluas.
Que varijs videas licet omīa diſcrepare formis
Prona tū facies hebetes valet ingrauata ſenſus

hoīem eſſe dispoſitū ad ꝯtemplatōnem celeſtiū ex figura corporis ſui. ⁊ primo deſcribit figuraꝫ corpalem aliaꝝ beſtiaꝝ. Scdo figuram hoīs. ibi Unica gens Primo dr aīalia permeant terras q̄ varijs figuris namq̄ȝ animalia extēto corpore ſicut ſꝫ ſerpētes ⁊ reptilia illa verrūt .i. vertunt puluerē. ⁊ incitata .i. mota vi pectoris trahūt cōtinuuꝫ ſulcum ſuple in puluere. Sunt alia aniꝫmalia quibꝫ ineſt vaga leuitas alarū que verberant ventos ⁊ enatāt .i. tranſeunt liq̄do volatu ſpacia longi etheris .i. aeris. Sunt alia q̄ gauꝫdent veſtigia p̄ſſiſſe ſolo .i. terre greſſibus ſuis ⁊ trāſmittere .i. ꝑtrāſire virides cāpos ⁊ gaudent ſubire ſiluas q̄ oīa aīalia licet videas ea diſcrepare varijs formis. tū facies eoꝝ ꝓna .i. ad terrā inclinata valet ingrauare .i. in grauatos oſtendere ſenſus hebetes .i. brutales ¶ Notādū q̄ ph̄ia tāgit tria genera aīaliū ſcꝫ reptilia. volatilia. ⁊ greſſibilia. q̄ licet differāt in formis q̄ quedā forꝫmant ad reptandū vt ſerpentes. q̄dam ad volandū vt aues. q̄dā ad gradiendū vt beſtie. tū in hoc oīa ꝯueniunt q̄ h̄nt faciem inclinatā ad terrā

Unica gens hominum celſum leuat altius cacumen
Atq̄ȝ leuis recto ſtat corpe deſpicitq̄ȝ terras
Hec niſi terrenꝰ male deſipis admonet figura
Qui rcō celū vultu petꝫ exeriſq̄ȝ frōtē
In ſublime feras aīm q̄ȝ ne grauata peſſum
Inferior ſi dat mēſ corpe celſiꝰ leuato

¶ Hic deſcribit figuram hoīs dicēs Unica gens hominum .i. ſolum genus humanum leuat celſum cacumen .i. caput ſuū altius. ⁊ leuis ſtat recto id eſt erecto corpore et deſpicit terras vultu eleuato ad celum. tu hō terrenus qui rcō corpe petis celū ⁊ exeris .i. eriꝫgis frontem. hec recta figura admonet te q̄ tu deſipis niſi eriā feras .i.

extollas animū tuū in ſublime.i.in celeſtia.ne mens grauata.i.grauedine depreſſa peſſum.i.ſub pedibus vel ſubtus.⁊ eſt peſſuz aduerbiū loci.ne illa mens ſidat.i.reſideat inferior corpe leuato celſius

¶ Notandū cū hō habeat figurā corporis erectā ad celū ſi aīa non exigeretur ad ꝯtēplationē celeſtium videretur corpus eſſe nobilius anima

¶ Nota ſm Areſto.xvi.de aīalibꝫ hō inter oīa aīalia hꝫ figurā recti linearē.de qua figura etiaz loquit̃ Ouidius in libro methamorphoſeos dicens Pronaqꝫ cū ſpectent aīalia cetera terram Os homini ſublime dedit celūqꝫ videre Juſſit.⁊ erectos ad ſidera tollere vultus.

## ¶ Proſa ſexta quinti libri

¶ Diſputat de eternitate dei.de pñti tpali ac de preterito ⁊ de futuro Et ꝙ ea que fiūt in dei pñtia nccāria ſtꝫ.ad pñs ꝯſiderata pēdēt ex libero arbitrio

Quoniā igit̃ vti pauloante mōſtratū eſt.oē qd̄ ſcitur nō ex ſua ſed ex ꝯprehendentiū natura cognoſcitur.intueamur nūc quantum fas eſt quis ſit diuine ſubſtantie ſtatus.vt q̄nam etiā ſcīa eius ſit poſſimus agnoſcere Deum igit̃ eternū eſſe.cunctorū rōne degentiuz cōmune iudicium eſt Quid ſit igitur eternitas ꝯſideremus Hec enim nobis naturam pariter diuinam ſcientiamqꝫ patefacit

¶ Hic incipit ſexta ꝓſa ⁊ vltima huius q̄nti.in qua determinat veritatem de ꝯpoſſibilitate ꝑſcie diuine ⁊ liberi arbitrij.⁊ pmo ponit ſuā determinatōez.ſcdo ſubiūgit vtilē exhortatōnem circa finē libri.ibi.Aduerſamini igit̃.Primo oñt modū diuine cognitionis.ſcdo ſoluit obiectiōes factas ꝯtra diuinam ꝓuidentiā.tercio ꝯcludit ꝯpoſſibilitatem liberi arbitrij cū ꝓuidentia diuina.ſecunda.ibi.Quid igit̃ poſtulas.tercia ibi.Que cū ita ſint.pmo determinat de ſtatu dei qui eſt eternitas.Scdo ex hoc declarat modum diuine ſcie.ibi.Qm̄ igit̃ oē iudicium Primo pmittit ꝙ determinandū ſit de eternitate.ſcdo determinat de ea ibi.Eternitas igitur.Primo dīt Qm̄ monſtratū eſt pauloante ꝙ oē qd̄ ſcit̃ cognoſcitur non ex ſui natura.i.nō ex natura rei ſcite.ſed ex natura cognoſcentiū.intueamur nūc q̄tum fas eſt quis ſit ſtatꝰ diuine eſſentie vel ſubſtantie vt poſſimus agnoſcere que ſit eius ſcīa Et ſubdit ꝙ cōe iudiciū cunctoꝝ degentiū.i.vtentiū rōe ad deū eē eternū.ideo ꝯſiderēmꝰ q̄d ſit eternitas.hec eīm nobis patefacit naturā ⁊ diuinā ſcientiā

¶ Nota ꝙ viri degentes rōe ſunt viri prediti luce ſapientie.⁊ oēs iſti ꝯcedūt deū eſſe eternū.Nā phs.viij.phiſ.ex eternitate motus oñt eternitatem motoris.⁊ omnes tam greci q̄ barbari putantes deos eſſe

# Proſa ſexta

eſtimāt eos imortales ¶ Nota ꝙ qꝛ eternitas dei ꝛ natura ꝛ ſcia dei nō dr̄ñt ſm̄ ſubam iō ꝯgnita eternitate ꝯgnoſcit̃ natura ꝛ ſcia dei

¶ Hic pſeqt̃ur de eternitate. Et p̄mo ponit eius diffinitōez. ſcđo declarat eam. ibi. Qđ ſi ex collatione. Primo đt. Eternitas eſt poſſeſſio vite interminabilis exñs tota ſimul ꝛ pfecta ¶ Nota ſm̄ albertuz ſup li. de cauſis. Aliqđ eſt eternuz ꝛ eſt in eternitate ꝛ eſt ip̄a eternitas ſicut deus. Aliq̄ ſunt eter-naꝛ ſunt in eternitate. ſꝫ non ſunt ipſa eternitas ſicut ſubſtantie ſepara-te. Alia ſunt eterna nō in eternitate nec ſtꝫ ipſa eternitas. vt motus tp̄s ꝛ mūdus.

Eternitas igit̃ eſt interminabilis vite tota ſimul ꝛ perfecta poſſeſſio

¶ Nota cū đt eternitas eſt poſſeſſio. ibi vtit̃ nomie poſſeſſionis ad deſignandū immobilitatem ꝛ indeficientiam eternitatis qꝛ ipſa firmi-ter poſſidet̃ ꝛ quiete habet̃. ꝛ đt vite. ad innuendum ꝙ non viuentia nō menſurant̃ eternitate. ꝛ đt interminabilis ad drām illius vite que habꝫ terminū a pte añ ꝛ a pte poſt. ſicꝫ vita hoīs. vel a pte añ tm̄ ſicꝫ vita angeloꝛuz. ꝛ đt tota ſimul. ad drām vite angelice. q̄uis em̄ eſſe angeli ſm̄ ſubam ſit totum ſimul. non tñ ſm̄ opationem cū habeat opationes ſuc-ceſſiuas ꝛ intellectiones. ꝛ đt pfecta ad deſignandū ꝙ et̃nitati nihil de-eſt. perfcm̄ em̄ eſt cui nihil deeſt p̄mo celi ꝛ mundi

Qđ ex collatōe tp̄aliū clarius liquet. Nā q̄cq̄d viuit in tp̄e id pñs a p̄teritꝫ in futura procedit. Nihilq̄ꝫ eſt in tp̄e ꝯſtitutū. qđ totū vite ſue ſpaciū pit̃er poſſit amplecti. ſꝫ craſtinū q̄deꝫ nōdū app̄hendit heſternū ṽo iā pdidit. In hodierna q̄q̄ꝫ vita. nō amplius viui-tis q̄ꝫ in illo mobili tranſitoꝛioq̄ꝫ mo-mēto. Qđ igit̃ tp̄is patitur cōditionē licet illud (ſicuti de mūdo cēſuit Ariſtoteles) nec ceperit vnq̄ꝫ eſſe. nec de-ſinat. vitaq̄ꝫ eius cū tp̄is infirmitate tendatur: nōdum tamen tale eſt vt et̃-num eſſe iure credatur. Non enim to

¶ Hic declarat diffinitionem. ſcđo redarguit quoſdam qui vocabulo et̃nitatis abutebant̃. ibi. Unde non recte Primo ergo declarat diffinitionem et̃nitatis in comparatione ad temp⁹ di-cens. Unde dictum eſt ꝙ eternitas eſt poſſeſſio tota ſimul interminabi-lis vite quod liquet cla-ri⁹ ex collatione id eſt ex comparatione tempoꝛalium. Nam quicquid viuit in tempoꝛe illud p̄ſens exiſtens procedit p ſucceſſiuam mutabilitatem a p̄teritis in futura. ꝛ nihil eſt in tempore ꝯſtitutū quod parit̃ poſſit amplecti. i. ꝯp̄hēdi totū ſpaciū vite ſue. ſed

craſtinũ nondũ apphendit. heſternum vero tps iam pdidit. et in hodierna vita nõ amplius viuitis. i. nihil plus eſt pñs de hodierna vita niſi qȝ in iſto mobili et tranſitorio momẽto ptinet de vita. Et dr momentũ illud indiuiſibile inſtans quo futuȝ copulatur cũ preterito. Quicqd igitur patitur tpis pditionem. i. ſucceſſionẽ licȝ nunqȝ inceperit eẽ nec deſinat eẽ ſicut Ariſto. cenſuit de mũdo. et licet vita. i. duratio eius tendatur. i. extendatur cũ infirmitate tpis. nondũ tñ tale eſt vt iure credatur eſſe eternũ. qr non comprehẽdit neqȝ pplectitur ſimul totũ ſpacium vite ſue. i. durationis licet infinite. i. infinito tpe duret. ſed futura nõdum hȝ tranſacta. i. ptranſita et pterita nõ hȝ. Quicqd ergo pphendit et poſſidet pariter totã plenitudinez interminabilis vite cui nihil abſit futuri nec aliqd fluxerit pteriti illud iure phibetur eſſe eternũ. qr illud eternũ ſui cõpos eo qȝ nihil ſibi deſit neceſſe eſt ſp ſibi aſſiſtere pñs. et eſt neceſſe pñtem habere infinitatẽ. i. infinitã durationẽ tpis mobilis. i. ſucceſſiui ¶ Notandũ qȝ p cognitionẽ tpis deuenimus in pgnitionẽ eternitatis eo qȝ oppoſita iuxta ſe poſita magis elucescunt. ideo p naturaȝ et ſucceſſionem tpis declarat nobis naturã eternitatis. Sicut em rõ tpis conſiſtit in ſucceſſione et apprehenſione prioris et poſterioris in motu cuius vna pars pterijt et alia eſt futura. ſic rõ eternitatis p oppoſitum cõſiſtit in apprehenſione vniformitatis illius quod omnino eſt extra motum comprehẽdens ſimul pteritum et futuȝ tanqȝ pñs ¶ Nota qȝ ipſius eterni nihil trãſit in pteritum. ideo ſp ſibi pñs aſiſtit. qr vero nunqȝ deficiet ſicut nec vnqȝ incepit cum habeat vitã interminabilem neceſſe eſt qȝ aſſint qlibet differentie tpis. etiam ſi ponatur tps infinitum. et qr eodẽ modo aſſiſtit differentijs tpm p quẽ modũ in ſe ſubſiſtit. motus aũt quo in ſe ſubſiſtit eſt pñtarius. ideo etiã aſſiſtit differentijs tpis p motũ pñteȝ Ideo dr qȝ neceſſe eſt eternũ pñtem habere infinitatem tpis mobilis

em totum ſimul infinite licet vite ſpaciũ comprehẽdit atqȝ complectitur. ſed futura nondũ tranſacta iam nõ habȝ Quod igitur interminabilis vite plenitudinẽ totã pariter cõprehẽdit ac poſſidet. cui neqȝ futuri qdqȝ abſit. nec pteriti fluxerit id eternũ eſſe iure phibetur. Idqȝ neccẽ eſt et ſui compos preſens ſibi ſemp aſſiſtere et infinitatem mobilis temporis habere pñtem

¶ Hic phia improbat qſdam qui abutebantur vocabulo eternitatis. ſecundo docȝ pprium modum loquẽdi. ibi. Ita ſi digna. Primo facit qd dictum eſt. ſcdo manife

Unde nõ recte qdam q cum audiunt viſuȝ platoni mundũ hunc nec habuiſſe iniciũ tpis. nec habituȝ eſſe defectum. hoc modo conditori pditũ mũ

# Proſa ſexta

dum fieri coeternū putant. Aliud eſt enī ꝑ interminabilem duci vitam qd̄ mundo Plato tribuit aliud intermi/nabilis vite totam pariter complexā eſſe preſentiam quod diuine mentis proprium eſſe manifeſtū eſt. Necꝫ deus cōditis rebus antiquior videri debet temporis quātitate ſed ſimplicis potius ꝓprietate nature

ſtat quomō temporalia deficiunt a ſimplicitate diuine nature quā nitū/tur imitari.ibi. Hūc enī Primo dr̄. Dictū eſt ꝙ eternitas non ſolum in/terminabilitatem dr̄. ſꝫ etiaꝫ ſimplicitatem. vn̄ non recte qdam putant q̇ cum audiūt viſum eē Platōi mundū non ha/buiſſe initium tp̄is. nec habituꝝ defectū.i.fineꝫ. hoc mō putant mundū conditū fieri coeternum ꝯditori. Cā aūt quare nō recte putant eſt qꝛ aliud eſt duci ꝑ intermina bilē vitam cū quadam ſucceſſione qd̄ Plato attribuit mūdo. ⁊ aliud ē ſimul eſſe ꝯplexam totam p̄ntiam vite interminabilis qd̄ eſt ꝓpriuꝫ di/uine mētis. Et qꝛ aliq̇s dicerꝫ. Si mūdus nunꝙ̄ incepit videt̄ eſſe coeternus deo. Ad hoc rn̄det ꝙ deus eſt p̄or mūdo. nō antiq̇tate tp̄is ſed ſimplicitate nature. Vn̄ dr̄. Necꝫ enī deus dꝫ videri antiq̇or rebꝫ con/ditis quantitate temporis ſed ꝓprietate ſimplicis nature

¶ Notandū ſicꝫ pꝫ ex libro Timei plato voluit munduꝫ incepiſſe ſed finem non habere. Et hoc idem Areſtotiles ſibi impon t in libro ce/li ⁊ mundi dicens ꝙ ſolus Plato generat mundū q̇d eſt ergo ꝙ dr̄ Boetius ꝙ Plato nō poſuit mundū incepiſſe. Ad hoc dr̄ ꝙ duꝫ P.ato di/xit mundū habuiſſe initium intelligit̄ ꝙ habuit initium inſtitutionis nō aūt temporis. ſicꝫ ponit exemplum de veſtigio pedis. vt ſi pes ab eter/no ſteriſſet in puluere pes eſſꝫ cauſa veſtigij naturaliter precedens veſtigium licet non tempore

Hunc enim vite immobilis preſentarium ſtatum. infinitus ille temporaliū rerum motus imitatur. Cumqꝫ cum effingere atqꝫ equare non poſſit. ex immobilitate deficit immotum. ⁊ ex ſimplicitate preſentie decreſcit in infini/tam futuri ac preteriti quantitatem. Et cum totam pariter vite ſue ple/

¶ Hic manifeſtat quomō tp̄alia deficiūt a ſimplicitate diuine nature quaꝫ nitunt̄ imita/ri dicens. Ille infinitus mod⁹ reꝝ tp̄aliū imitat̄ q̄rum pōt hunc p̄ntarium ſtatum vite immo/bilis.i.eternitatis. ⁊ cuꝫ eū nō p̄t effingere.i.exp̄/merē ⁊ equare deficit ab eius imobilitate ſucceſ/ſiue acq̇rendo qd̄ ſimul habere non potuit. ⁊ ex ſimplicitate p̄ntie decre

nitudinem nequeat poſſidere. hoc ipſo qꝫ aliquo modo nunq̃ꝫ eſſe deſinit. illō quod implere atqꝫ exprimere non poteſt aliquatenus videtur emulari. alligans ſe ad qualemcūqꝫ preſentiaꝫ huius exigui volucriſqꝫ momēti. Que quoniam manentis illius p̄ſentie q̄ndam geſtat imaginem quibuſcūqꝫ cōtigerit. id preſtat vt eſſe videantur. Qm̄ vero manere non potuit. infinitum temporis iter arripuit Eoqꝫ modo factum eſt vt cōtinuaret eundo vitaꝫ. cuius plenitudineꝫ complecti nō valuit permanēdo

ſcit in infinitā q̄ntitateꝫ p̄teriti ꝛ futuri. ꝛ cū nequeat poſſidere pariter totā plenitudinem vite ſue hoc ipſo ꝙ aliq̃ modo nunq̃ꝫ eſſe deſinit videt᷑ aliquatenus emulari illud qđ implere non p̄t. alligās ſe ſcilꝫ ſtatus tp̄alis ad q̄lemcūqꝫ p̄ntiam hui⁹ momēti. i. inſtātis exigui. i. indiuiſibil' ꝛ volucris. i. tranſitorij que ſcꝫ p̄ntia inſtantis tp̄is hꝫ quandā imaginem manentis p̄ntie. id eſt eťnitatis. ꝛ preſtat q̇buſcunqꝫ ꝯtingit vt illa eſſe videant᷑. nam illa dicimus eſſe que ſtꝫ in p̄ſenti momento. qꝛ vero nō potuit manere. ſ. p̄ntia inſtantis ꝓpter naturā rei mobilis. ideo arripuit infinitum iter temporis p̱ ſucceſſionem. ꝛ eodem modo fcm̄ ē vt cōtinuaret vitam eundo de vno eſſe in aliud cuius plenitudinem non poſtuit complecti p̱manendo ¶ Notandū ꝙ infinitus motus tp̄aliuꝫ rerum q̄ntum p̄t imitat᷑ ſtatum eternitatis. qꝛ non p̄ōt eum totalr̄ exprimere. qꝛ ſtatus temp̱alis eſt ſucceſſiuus. ſtatus eťnitatis non. ꝛ ſtatus tp̱alis reſpicit preteritū ꝛ futuꝝ. ſtatus eťnitatis tm̄ p̄ns. tn̄ in hoc imitat᷑ ſtatum eťnitatis ꝙ ſic eternitas nunq̃ꝫ deficit. ſicut infinitus motus reꝝ tp̱aliuꝫ nunq̃ꝫ eſſe deſinit. ꝛ ſicut in tp̄e eſt dare inſtans quod habꝫ quandā imaginē cum eťnitate. ita ꝙ ſicut in eťnitate aliquid dr̄ eſſe. ſic illa dicimus eſſe que ſtꝫ in p̄nti inſtanti. ideo ſtatus reꝝ tp̱alium licꝫ non poſſit imitari ſtatum eťnitatis p̄ntialr̄ p̱manendo tn̄ ip̄m imitat᷑ ſuam durationem ſucceſſiue continuando

Itaqꝫ ſi digna reb⁹ nomina velimus imponere Platonem ſequētes. deum quidem eternum. mūdum vero dicamus eſſe perpetuū.

¶ In iſta parte ph'ia docet quō ꝓprie loquendum ſit de deo ꝛ de mūdo dicens. Si nos ſeq̄ntes platonem velimus imponere nomīa digna id eſt conuenientia reb⁹ dicam⁹ deū eſſe eternuꝫ munduꝫ vero dicamus perpetuū ꝛ hoc ꝯſonat dicto autoris Greciſint

# Proſa ſexta

Eternum vere ſine principio ſine fine. Perpetuum cui principium ſed fine carebit

Quoniam igitur om̄e iudicium ſm ſui naturam q̄ ſibi ſubiecta ſunt comprehēdit. Eſt aūt deo ſemper eternus ac p̄ntarius ſtatus. Scia quoq; eius oēm temporis ſupergreſſa motionez in ſue manet ſimplicitate preſentie: infinitaq; preteriti ac futuri ſpacia complectens. omnia q̄ſi iam gerant᷑ in ſua ſimplici cognitione conſiderat. Itaq; ſi p̄ſciam penſare velis q̄ cuncta dinoſcit. non eſſe p̄ſciam q̄ſi futuri. ſed ſciētiam nunq̄ȝ deficientis inſtantie rectius eſtimabis. Vn̄ nō p̄uidentia ſed p̄uidentia potius dr̄ ꝙ porro ab reb infimis ꝯſtituta quaſi ab excelſo rerū cacumine cuncta proſpiciat

¶ Hic phia ex dictis oſtendit modū ſcientie diuine. Primo ergo oſtendit qualis ſit ſcientia diuina. ⁊ q̄liter ſit nominanda dicens. Quoniam omne iudiciū comprehendit ea que ſṫ ſubiecta. id eſt ſua obiecta ſm ſui naturam id ē ſm naturam virtutis cognoſcentis. Natura autē dei talis eſt ꝙ ſemꝑ ipſi deo eſt ſtatus eternus ⁊ preſentarius Ex quo ſe q̄tur ꝙ ſcientia dei ſupgreſſa omnem motionē temporis manet in ſimplicitate preſentie. ⁊ cōplectens infinita ſpacia preteriti ⁊ futuri temporis omnia conſiderat q̄ſi iam. id eſt preſentialiter gerantur in ſua ſimplici cognitione.
Tunc oſtendit quomodo ſcientia dei eſt nominanda dicēs. Itaq; ſi velis pēſare p̄ſcientiaȝ que cuncta cognoſcit nō dices diuinam ſcientiaȝ eē preſcientiam quaſi futurum ſed rectius eſtimabis diuinam ſcientiam eſſe inſtantie id eſt preſentie nūq̄ȝ deficientis. qḋ confirmat per ethymologiam huius nominis prouidentia dicens Unde cognitio diuina nō dicitur preuidentia quia illa importat ordinem ad futurum. ſed dicitur prouidentia quaſi porro id eſt procul a rebus infimis conſtituta ab excelſo cacumine rerum cuncta proſpiciat.

¶ Nota ꝙ cognitio ſequit᷑ modum rei cognoſcentis. ideo cognitiō et ſcientia dei ſequitur ſtatum et diſpoſitionem dei. Status autem dei eſt eternus ⁊ preſentarius. cum eſſe diuinum menſuretur eternitate. ergo ſcientia dei erit eterna ⁊ preſentaria. ita ꝙ omnia que ſunt preterita et futura. cognoſcit quaſi ſint preſentia

¶ Nota aliquis diceret. Non ens non poteſt alicui eſſe preſens ſȝ preteritum ⁊ futurum eſt non ens. ergo non poteſt eſſe p̄ſens cognitiōi

diuine. Dicendū ꝙ duplex eſt non ens. quoddā ꝙ nullo modo eſt ens et tale nō eſt realiter pñs alicui cum nihil ſit. Aliud eſt non ens nō ſimpliciter ſed qꝛ actu nō eſt ens. ꝛ licet hmōi nō poſſit realiter coexiſtere tēpori pñti tñ pt coexiſtere eternitati. qꝛ eternitas cuꝫ ſit infinita excedit tp̄s pñs extendēdo ſe ad ꝑteritū ꝛ futurꝫ. Et ſic ꝑteritū ꝛ futurꝫ ſunt eternitati coexiſtētia pñtialiter qꝛ in eternitate nō eſt ſucceſſio. vñ nō ſeq̄tur. ſi aliq̄d coexiſtit eternitati ꝙ ꝓ tāto ſimplr̄ exiſtat. qꝛ eternitas etiā extendit ſe ad nō exñs ſicut ad ꝑteritū ꝛ futurꝫ ¶ Notandū ꝙ deo oīa ſunt pñtia ꝛ ſibi nihil eſt futurꝫ. iō ſcīa ſua nō eſt dicēda preſcia q̄ ſonat aliq̄d futurꝫ. nec dꝫ dici ꝓuidentia ꝓpter eandē cām. ſed dꝫ dici ꝓuidentia quaſi ꝓcul ꝯſtituta a rebꝫ inferioribꝫ oīa proſpiciens

¶ Hic ſoluit obiectiones ſupius factas ꝯtra prouidentiā. Primo ergo oñdit qualiter hmōi obiectiones ſoluantur. ſcd̄o reſumit ꝑmam obiectionem ipſam fortificando vt formalius ſoluat. ſcd̄a ibi. Hic ſi dicos ¶ Circa primū notandū ꝙ tres erāt rōes quaꝝ prima et ſecunda fundant̄ ſuper hoc ꝙ nihil pt eſſe ꝑſcitum a deo niſi id ſit neceſſariū. tercia fundatur ſup hoc ꝙ euentus incertꝰ non pt

Quid igitur poſtulas vt neccāria fiāt que diuino lumine luſtrent̄. cū ne homines q̄dem neceſſaria faciant eſſe q̄ videāt. Num eñ ea que preſentia cernis aliquā eis neceſſitatē tuꝰ addit intuitus. B. Minime. P. Atq̄ ſi eſt diuini humaniq̄ꝫ pñtis digna collatio. vti vos veſtro hoc temperario ꝑſenti quedā videtis. ita ille omnia ſuo cernit eterno

certitudinaliter cognoſci. Facit ergo duo Primo oñdit ꝙ preſcia non imponit neceſſitatē rei ꝑſcite ꝑ quod ſoluit̄ ꝑma ꝛ ſcd̄a rō. Scd̄o oñdit ꝙ ſcīa dei nō mutat naturā rei ſed ſimul ſtant certitudo a parte ſcie et incertitudo a ꝑte euentus. ꝑ quod ſoluit̄ tercia rō. ſcd̄a ibi. Quare hec diuina. Primo dt̄. Ex quo deus cognoſcit oīa tanq̄ꝫ pñtia. quid igit̄ poſtulas vt illa fiant neceſſaria que illuſtrant̄. i. ꝯprehendunt̄ diuino lumine. i. diuina cognitione. cū nec homines faciāt ea neccāria q̄ pñtialiter vident. Verbi grā. ꝙ hō videt in pñti nō facit eſſe neceſſariū. Nunq̄d eñ intuitus tuus dabit aliquā neceſſitatē eis q̄ tu cernis pñtia. dt̄ Boetius. Minime. Et phīa. Si eſt digna collatio diuini ꝛ humani intuitus reſpectu pñtis ſicut vos videtis q̄dam hoc pñti tēporario. i. in pñti tp̄e. ita deus ſuo eterno intuitu oīa cernit tanq̄ꝫ pñtia ¶ Nota ꝙ intuitus nr̄ rei pñtis nullā imponit neceſſitatē rei pñti. qꝛ viſio Socratis currentis nō imponit neceſſitatē Socrati currenti. qꝛ pt Socrates currere vel nō currere. Sic etiā intuitus diuinus q̄ oīa pñtialiter cognoſcit nullā imponit rebꝫ neceſſitatē. ſed videt ea pñtialiter ſicut futura itaq̄ neceſſario futura ꝛ ꝯtingētia videt ꝯtingenter futura

# Proſa ſexta

¶ Hic oſtendit ꝙ circa contingẽtia ſimul ſtant certa cognitio dei et incertus euentus rei dicens. Quare hec diuina ꝑnotio quo deus nouit futura illa non mutat ꝓprietatem rerum quo ad neceſſitatem ⁊ contingentiã. quia non imponit neceſſitatẽ rei que contingens eſt ſed talia apud ſe ſpectat preſentia qualia olim prouenient futura. Nec confundit rerum iudicia vt cõtingens faciat non eẽ cõtingens. ſed vno intuitu mentis cognoſcit tã neceſſarie q̃ȝ nõ neceſſarie futura. quod declarat ĩ exemplo dicens. Sicuti vos homines quãdo pariter id eſt in eodeȝ inſtanti videtis homineȝ ambulare in terra ⁊ ſoleȝ oriri in celo. licȝ vtrũq̧ ſimul ſit conſpectum tñ diſcernitis hoc eẽ voluntarium ſcȝ homineȝ ambulare in terra et illõ eẽ neceſſariũ ſcȝ ſolẽ oriri Ita ſil'r diuinus intuitus cuncta deſpiciẽs id eẽ deorſuȝ aſpiciens mĩnime ꝑturbat rerum q̄litatem ſcilicet contingẽtiam ⁊ neceſſitatem Rerum dico apud ſe p̄ſentium rõne eternitatis. ſȝ futuraȝ ad conditioneȝ tẽporis. Quo fit vt ꝯgnitio futuroȝ dei tanq̃ȝ preſentiũ non ſit opinio ſed cognitio veritate nixa id eſt confirmata cuȝ cognoſcit aliquid eſſe extaturum id eſt futurum ꝙ idem non neſciat id ẽ carere poteſt neceſſitate exiſtendi

¶ Quare hec diuina prenotio naturam rerum proprietatemq̧ non mutat. Taliaq̧ apud ſe preſentia ſpectat. qualia in tempore olim futura ꝓueniant. Nec rerum iudicia confundit. vnoq̧ ſue mentis intuitu tam neceſſarie q̃ȝ nõ neceſſarie ventura dinoſcit. Sicuti vos cum pariter ambulare in terra hominẽ. ⁊ oriri in celo ſolem videtis. quãq̃ȝ ſimul vtrũq̧ conſpectũ. tamẽ diſcernitis. ⁊ hoc volũtariũ. illud eſſe neceſſariũ. iudicatis. Ita igiť cũcta deſpiciẽs diuin⁹ intuitus q̄litatem rerum minime ꝑturbat. apud ſe q̄dem pñtiũ. ad conditionem vero tp̄is futurarum. Quo fit vt hoc non ſit opinio: ſed veritate potius nixa cognitio. cum extaturũ q̄d eſſe cognoſcit. ꝙ idem exiſtendi neceſſitate carere non neſciat

¶ Notandum de hoc ꝙ dicitur deum omnia preſentialiter cognoſcere ſcilicet preterita ⁊ futura ponunt quidam exemplum de baculo fixo in aqua qui ſucceſſiue toti fluuio preſens eſt quia partib⁹ eius. ſic eternitas ſimul eſt cũ toto tempore ⁊ cum omnib⁹ que fluũt in tp̄e ita ꝙ totum tempus ⁊ q̄cq̄d eſt ſucceſſiuũ in tẽpore eſt preſens eternitati. vt ſi ponať eternitas ſicut centrũ ⁊ totum tp̄s ſicut circũferentia tũc licȝ cir-

cĩferentia continue moueatꝛ et pars toti ſuccedat tamen in compatione ad centrũ vniformiter ſe habet. Aliud exemplũ ponitur de aliquo ꝗ va dit ꝑ viam. ⁊ non videt homines poſt ſe venientes. ſed ille ꝗ de alta tur ri reſpiceret videret totam viam. ⁊ homines ꝑ eam tranſeuntes tam ꝓ cedentes ꝙ̃ ſequentes. ſic deus de ſpecula ſue eternitatis reſpiciens. om nia preſentialiter videt tam preſentia ꝙ̃ futura

¶ Hic phia redit ad primam rõnem ſuperius poſitam ipſam foꝛtifi/cando vt formalius ſol uatur et foꝛtificat eam. ſecũdo ſoluit. tercio ſolu tionem declarat. ſecũda ibi. Reſpondebo. tercia ibi Due em̃. Primo di cit. Si dicas hic obijciẽ do illud nõ poſſe nõ eue nire quod deus videt euẽ turũ. q̃a tunc deus falle retur. qđ aũt non pt non euenire id ex neceſſitate contingere. et ſic aſtrin/gas me ad nomen neceſ ſitatis vt concedam cõ tingens aliquo modo eẽ neceſſarium. Ego fate/boꝛ rem ſolidiſſime veritatis cui vix aliquis acceſſerit eam concedendo niſi ſpeculatoꝛ diuini. i. diuine nature. Tũc ſoluit obiectionem dicẽs Si coartaueris me vt concedã aliquã neceſſitatem futuroꝝ. Reſpondebo Idem qđ futuꝝ eſt quo ad nos cũ refertꝛ ad diuinam notionem cui ipm eſt pñs. dico neceſſariũ eſſe. ſcz neceſſitate conditionata ſcz rõne pñtie. cũ aũt idem futurum perpenditur in ſui natura. rõne cuius habet futuritõ nem ⁊ inde terminationem in ſui cã neceſſe eſt videri liberum

¶ Nota ꝙ ſicut illud qđ in ſe eſt cõtingens qñ eſt nobis pñs rõne pñtie ſoꝛtitꝛ quandã neceſſitatem ꝗ neceſſe eſt ipm eſſe dũ pñs ſit. qꝛ oĩa ſunt deo pñtia. rõe iſtius pñtie in oꝛdine ad ipam diuinam cognitõem ſoꝛtiuntꝛ quandã neceſſitatem licet in ſui natura pꝛoꝛſus videantꝛ libera

Hic ſi dicas. Quod euẽturum deus videt id nõ euenire nõ poſſe. quod aũt nõ põt nõ euenire id ex neceſſitate cõ tingere neqꝫ ad hoc nomen neceſſita tis aſtringas. Fateboꝛ rem quidẽ ſo/lidiſſime veritatis ſed cui. vix aliquis niſi diuini ſpeculatoꝛ acceſſerit. Reſ/pondebo namqꝫ. Idem futurum cuꝫ ad diuinam notionem refertur neceſ/ſarium. cum vero in ſua natura perpẽ ditur. liberum pꝛoꝛſus atqꝫ abſolutũ videri.

¶ Hic phia declarat ſolutionẽ ꝑ quandã di/ſtinctionem neceſſitatis ⁊ eã applicat ad ꝓpoſitũ Secundo cõcludit ex ꝓ miſſis ſimul ſtare ꝙ ali/qua ſunt ſm ſe contin/

Due ſunt etenĩ neceſſitates. ſimplex vna veluti ꝙ neceſſe eſt omẽs homines eẽ moꝛtales. Altera ↄditiõis vt ſi aliquẽ ambulare ſcias. eum ambulare neceẽ

eſt. Quod em̄ quiſq; nouit id eſſe aliter ac notū eſt nequit Sed hec ꝯditio minime ſecum illam ſimplicem trahit Hanc em̄ neceſſitatem nō propria facit natura ſed ꝯditōis adiectio Nulla em̄ neceſſitas cogit incedere voluntate gradientem ꝙ̄uis eū tum cum graditur. incedere neceſſarium ſit. Eodē igitur modo ſi quid ꝓuidētia pn̄s videt. i. neceſſe eſt. tametſi nullam habeat neceſſitatem Atqui deus ea futura que ex arbitrij libertate proueniunt. p̄ſentia ꝯtuetur. Hec igitur ad intuitū relata diuinum. neceſſaria fiūt per cōditionem diuine notionis: p ſe vero conſiderata. ab abſoluta nature ſue libertate non deſinunt

gentia ⁊ incerta que tū eueniūt certitudinaliter in ꝙ̄tum a deo preuiſa. ſecūda ibi Fient igitur ꝓcul dubio cuncta Primo dr̄ Que ſtꝫ neceſſitates Una ſimplex que eſt nccitas nature ſicut omnes hoīes nccārio eē mortales. Alia eſt neceſſitas ꝯditiōis vt ſi ſcias hoīem ambulare illum ambulare nccē eſt. qꝛ qd̄ quiſq; nouit illud nō p̄t aliter eē ꝙ̄ notum eſt. ſꝫ hec ꝯditio .i. neceſſitas ꝯditionata minime trahit ſecū ſimplicem nccitatem. qꝛ nccitatem cōditionis nō facit ꝓpria natura ſed adiectio ꝯditionis Nulla em̄ neceſſitas cogit ābulare voluntarie ambulantē ꝙ̄uis nccāriū ſit eū ambulare tunc cum ambulat Hāc diſtinctionē applicat ad ꝓpoſitum dicens

Eodem mō ſi quid ꝓuidentia diuina pn̄s videt. illud eſſe neceſſe eſt ſcꝫ ea conditione qua prouiſum eſt ⁊ qua ponitur ſibi preſens. quāuis nullā habeat neceſſitatē nature ſed deus omnia futura contuetur tanꝙ̄ preſentia que ex libertate arbitrij ꝓueniunt. igitur hec relata ad intuitū diuinum fiunt neceſſaria per cognitionem diuine notionis. per ſe vero id eſt in ſua natura non habito reſpectu ad diuinam cognitionem ipſa non deficiunt abſolute id eſt a perfecta libertate ſue nature

¶ Notandum ſm̄ intentionē Boetij iſta ratio quicquid eſt prouiſum a deo neceſſario euenit. ſoluitur. dicendo ꝙ verum eſt ꝙ neceſſario euenit neceſſitate conditionata ſed non nccitate abſoluta.

¶ Alij aliter ſoluunt ꝙ illa ꝓpoſitio eſt vera in ſenſu ꝯpoſito ſꝫ falſa in ſenſu diuiſo Unde cū dr̄. quicquid prouiſum eſt neceſſario euenit. verū eſt in ſenſu ꝯpoſito quia impoſſibile eſt prouiſum a deo non euenire tamen in ſenſu diuiſo falſa eſt. quia euentus rei ſaltem contingentis in ſe non eſt neceſſarius.

Fient igitͬ ꝓculdubio cuncta q̄ futura deus eſſe ꝓnoſcit Sꝫ eoꝝ q̄dam de libero ꝓficiſcuntur arbitrio Que q̄uis eueniant. exiſtendo tn̄ naturam propriam non amittunt. que prius q̄ fierent etiam non euenire potuiſſent

¶ Hic phīa ꝯcludit ex predictis ꝙ iſta ſimul ſtant ꝙ aliqua ſm̄ ſe ſūt ꝯtingētia ⁊ incerta que tn̄ certitudinaliter eueniunt inq̄tū prouiſa a deo Scd̄o obijcit ꝯtra hoc ibi. Quid igitͬ refert nō eſſe neccā̄ria. primo dicit Proculdubio cuncta futura ſunt que deus preſcit eſſe alioquin falleretͬ diuina ꝓuidentia. ſed quedam eoꝝ̄ proficiſcūtur. i. procedunt de libero arbitrio. ita ꝙ q̄tum eſt de eſſe ipſoꝝ̄ pn̄t non euenire Unde ſubdit. que q̄uis eueniant tn̄ non amittunt ꝓpriam naturam libertatis. qꝛ prius q̄ fierent potuiſſent nō euenire

¶ Nota ꝙ tota intentio Boetij ſup hoc ꝙ aliquid libere futurū ex ſui natura in ꝯparatione ad preſciam diuinam neccā̄rio euenit. ⁊ talis eſt neceſſitas ꝯditionata. qꝛ inq̄tum ꝓuiſum eſt ſic neceſſario euenit ſed nō abſolute circumſcripta preuiſione

Quid igitur refert non eſſe neceſſaria cum propter diuine ſcīe ꝯditionē. modis omnibus neceſſitatis inſtar eueniet. hoc ſcꝫ ꝙ ea que pauloante propoſui ſol oriens ⁊ gradiēs homo. que dum fiunt nō fieri nō pn̄t. eoꝝ tn̄ vnū prius quoqꝫ q̄ fieret neceſſe erat exiſtere. alterū vero minime Ita etiam q̄ preſentia deus habet ꝓculdubio exiſtunt Sed eoꝝ hoc quidem de rerum neceſſitate deſcendit. illud ꝟo de poteſtate facientium. Haud igitͬ iniuria diximus. hec ſi ad diuinā noticiā referantur neceſſaria. ſi ꝑ ſe conſiderentur neceſſitatis eſſe nexibꝰ abſoluta Si/

¶ Hic obijcit ꝯtra ſolutionē ⁊ ſoluit obiectionē. Scd̄o ꝯtra illam ſolutionē iterū obijcit. ibi. Sꝫ ſi in mea Obiectio in hoc ꝯſiſtit. Ex quo futurū ꝯtingēs preſcitū certitudinaliter euenit ⁊ neceſſario. non videtur eſſe differētia inter ꝯtingens ⁊ neccā̄rium. Vn̄ dicit Quid igitͬ refert cō tingentia ⁊ libere futura non eſſe neccā̄ria cū ipſa eueniant inſtar. i. ad ſilitudinē neccitatis. Tunc ſoluit dicēs ꝙ inter euētum neccā̄rium ⁊ ꝯtingētem hoc refert qd̄ manifeſtū apparet ꝑ exēpla q̄ pauloante poſui. ſ. ꝙ ſol oriens ⁊ homo gradiēs que dum fiunt non fieri non pn̄t. ⁊ ita vtrūqꝫ eſt neccā̄rium ſub ꝯditione preſciētie. pn̄tia eni neccē

ſicuti omne quod ſenſibus patet ſi ad rōnem referas vniuerſale eſt. ſi ad ſe/ ipſa reſpicias ſingulare

eſt eſſe dum ſunt pñtia tñ vnū eorū .ſ. ſol oriens prius q̄ fieret necē erat exiſtere Alterū vero .ſ. hō gradiens minime hȝ necitatem fieri anteq̄ fiat. Ita etiam illa que deus hȝ pñtia ꝓcul dubio exiſtunt ꝓpter necitatē cōditionis qua ſtȝ preuiſa euenire tanquā pñtia Sed eorū que ſic ſunt preuiſa hoc de rerū necitate deſcendit ſicut ſolem oriri. aliud de ptāte facientiū .ſ. hoīem ambulare Ex quo ꝯcludit. ideo nō iniuria diximus hoc prius ꝙ illa q̄ ꝯtingēter eueniūt ſi referant ad di/ uinā noticiā ſunt neccāria ſcȝ ex ꝯditione diuine ſcie. Si vero ꝑ ſe ꝯſide/ rentur ipſa ſunt abſoluta a nexibus .i. a vinculis necitatis qd̓ manifeſtat per ſimile. ſicuti ſi id quod patet ſenſibus referas ad rōnem tunc eſt vni/ uerſale. Si aūt referas ad ſenſum tunc eſt ſingulare.

¶ Notandū ꝙ ſi idē relatū ad diuerſa poteſt eſſe vl̓e ⁊ ſingulare. vi/ detur ſil̓r ꝙ idem ꝯpatum ad diuerſa poſſit eſſe contingens ⁊ necc̄arium Nam ꝑticulare hȝ rōem ꝯtingentis. ⁊ vl̓e rōem neceſſarij. Sed videm⁹ ꝙ humana natura ꝯpata ad intellectū agentem abſtrahentē a ꝯditioni bus indiuiduantibus ⁊ ꝯpata ad intellectum poſſibilem hȝ rōnem vni/ uerſalis .ſed ꝯpata natura humana ad ſenſum qui ꝑticulariter ꝯprehē/ dit habet rōnem ſingularis. Nam vniuerſale eſt dum intelligitur Par/ ticulare vero dū ſentit. ſil̓r erit de futuro ꝯtingenti ꝙ ipm̄ ꝯpatū ad diui nam preſcientiam eſt neceſſarium conditionaliter. in ſe conſideratum ha bet ſe contingenter

Sed ſi in mea inquies ptāte ſitum eſt mutare propoſitum. euacuabo proui dentiam. cum que illa prenoſcit forte mutauero. Reſpondebo Propoſitū te quidem tuum poſſe deflectere. ſed quoniā ⁊ id te poſſe. ⁊ an facias. quo ve conuertas preſens prouidentie ve ritas intuetur. diuinam te preſcientiā non poſſe vitare. ſicuti preſentis ocu/ li effugere nō poſſis intuitum. quam uis te in varias actiones libera volū tate conuerteris

¶ Hic obijcit ꝯtra ſolutionē iam dictam. ⁊ ſoluit illam obiectionē. Secūdo mouet dubita tionē. ibi. Quid igitur Primo dt̄. Tu obijcies ꝯtra ſolutōem ſic. Si in mea poteſtate eſt muta re ꝓpoſitum meū ſcȝ cur rendo vel non currendo ego euacuabo .i. fruſtra bo prouidentiā diuinā cum ego mutauero illa que prenouit eſſe futura Ipſe ſoluit dicēs. Ego reſpondebo te poſſe flec tere .i. mutare propoſitū tuum Sed veritas ꝓui dentie illa intuet̄ illud te poſſe .ſ. mutare ꝓpoſitū

